

Inter omnes codices, in quibus Platonis de Republica libri exstant, Parisinum A longe praestantissimum esse satis constat. Quem iam ab Im. Bekkero imprimis laudatum postquam C. E. Chr. Schneiderus in Civitatis editione Lipsiensi recensione fundamentum iecit, ad editionem vero Didotianam curandam denuo ab oculatissimo homine Dübnero summa cum diligentia excussum usurpavit, Turicenses Rempublicam iterum ac tertium in luce conlocantes et Hermannus in recognitione Teubneriana secuti sunt. Quorum omnium opera additamentis ab eodem Schneidero publicatis effectum est, ut de veterrimi optimique codicis condicione paucissimis locis exceptis nulla fere dubitatio relicta sit, praesertim cum Baiterus iam in editione secunda tertia eiusdem libri conlatione uti potuerit. Summam igitur Parisinum habere auctoritatem iudicantes et illi editores et Stallbaumius id egerunt, ut ad huius lectiones accederent quam proxime, vixque iis ipsis locis quibus hic manifestis mendis maculatus est aliunde medelam intulerunt. Cuius rei ut luculentissima tantum proferam exempla, Stallbaumio qui omnium minime anxius istius vestigia pressit, in Reipublicae editione iterum adornata a. 1858 non placuit Hermanni emendationem libri IV p. 437 E ἢ ἐὰν μὲν τις θερμότης τῷ δίψει προσῆ, τὴν θερμοῦ ἐπιθυμίαν προσπαρέχοιτ' ἄν, ἐὰν δὲ ψυχρότης, τὴν τοῦ ψυχροῦ; in museo Rhenano a. 1846 p. 440 firmissimis argumentis conclusam in textum recipere. Quamquam ipse adnotat: Palmaria est emendatio Hermanni, quam veram esse evincunt proxime sequentia! Porro eleganter Faesius in verbis I p. 343 B τοὺς ἐν ταῖς πόλεσιν ἄρχοντας, οἱ ὡς ἀληθῶς ἄρχουσιν, ἄλλως πως ἡγεῖ διανοεῖσθαι πρὸς τοὺς ἀρχομένους ἢ ὡσπερ ἂν τις πρὸς πρόβατα διατεθείη pro διανοεῖσθαι coniecit διακεῖσθαι. Idem Car. Badhamus illius coniecturae ignarus in praefatione ad Phaedr. p. X promulgavit, idem quasi non repertum Cobetus Var. Lect. ed. 2 p. 527 nuperrime prompsit. Quid interpretes et editores, qui omnes fere Faesii Symbolas perlegerant, complures Badhami mutationem inspexerant? In memoriam vocant quod nemo impugnat nisi quod mireris Cobetus l. l., in Leg. I p. 626 D. αὐτῷ δὲ πρὸς αὐτὸν πότερον ὡς πολεμίῳ πρὸς πολέμιον διανοητέον, ib. p. 628 D: ὡσαύτως δὲ καὶ πρὸς πόλεως εὐδαιμο-

νίαν ἢ καὶ ἰδιώτου διανοοῦμενος οὕτω τις, ib. 635 C: ταῦτόν δὲ τοῦτ', οἶμαι, καὶ πρὸς τὰς ἡδονὰς ἔδει διανοεῖσθαι τὸν αὐτὸν νομοθέτην al. *verbum διανοεῖσθαι cum praepositione πρὸς coniunctum esse et significare aliquo animo esse in aliquem; illud non arguunt in huiusmodi comparatione eiusdem vocabuli repetitionem omitti posse. Adsumatur, si libet, tertium exemplum libr. VIII 560 D: κλήσαντες οἱ ἀλαζόνες λόγοι ἐκεῖνοι τὰς τοῦ βασιλικῆς τείχους ἐν αὐτῇ πύλας οὔτε αὐτὴν ξυμμαχίαν παριῶσιν οὔτε πρέσβεις πρεσβυτέρων λόγους ἰδιωτῶν εἰσδέχονται*, in quibus Badhamus pulcherrimam omnibusque veritatis numeris expletam emendationem δι' ὧτων pro ἰδιωτῶν fecit. Nam praeterquam quod ἰδιωτῶν vox inusitatum conlocationem occupavit, quid orationes hominum privatorum, qui tamquam legati mittuntur, sibi volunt? An putas πρεσβυτέρων λόγους ἰδιωτῶν ratione habita τοῦ βασιλικῆς τείχους memorari? Credat Iudaeus Apella; ego ἰδιωτῶν depravatum esse censens Britanni mutationem et facilem et sententiae aptissimam amplector. Quam si Baiterus ed. Tur. 3 sprexit, Stallbaumius vero ad h. l. et in appendice de Republica librorum p. 466 inutilem et supervacaneam nominavit, ei commendatio Cobeti Var. Lect. p. 219 (iterata in Epimetro ed. 2. p. 533) detrimento videtur fuisse, non ut debebat ornamento ac praesidio. Nuper eandem Madvigius Adv. I p. 431 not. adiuvit. Hanc igitur editorum rationem si reprobendam esse credo, tantum abest, ut eorum virorum qui post Stallbaumi editionem in Platonis de Republica libris versati sunt Badhami Cobeti Madvigii disciplinae me tradiderim, ut si in nonnullis eorum commentis refellendis aliquid videbor profecisse, me non frustra elaboravisse existimaturus sim. Illi enim quamquam multa perbene correxerunt, multa summa cum sagacitate et doctrina indagaverunt menda, id tamen peccaverunt, quod in variis optimi cuiusque codicis corruptelis nimis innixi (cf. imprimis Cobet. Var. Lect. p. 197) omnia fere ad certas regulas vel grammaticorum vel logicorum revocarunt et exaequarunt. Nos quidem hanc legem statuimus, ut praestantem codicem Parisinum, quantum fieri poterat, sequeremur, sed errores eius et menda neque temere defenderemus neque aliorum librorum scripturis sententiae prorsus accommodatis anteferremus. Nam quamdiu vel optimae membranae nec pro veris archetypis habendae nec grammaticorum correctionibus liberae mansisse existimandae sunt, probabilitati iudicandique facultati aliquid concedendum est; quam rem ei bene successuram esse iudico qui quid cuiusque loci natura exigat perspectum habeat. His causis adductus nunc ex iis quae ad Platonis de Republica librorum textum constituendum rectiusve intellegendum idonea invenisse mihi videor quaedam editurus sum.

Ac primum quidem quae Peipersius in Quaestionibus criticis de Platonis Legibus a. 1863 propositis Parisini menda graviora composuit vel enumeravit ea nonnullis ex Republica sumptis compleri possunt. Ut enim in omnibus fere codicibus, ita in Parisino

vocales quas vulgo vocamus persaepe confusae sunt. Invenitur igitur *ε* pro diphthongo *ει*, rarius *ει* pro *ε* littera non solum in vocabulis quorum de scriptura dubitari potest, sed etiam in aliis de quibus utrum hoc an illud rectum sit inter viros doctos nulla dissensio est. Facile corrigimus legentes I p. 354 A in Parisino solo *ιστιάσθω* pro *ειστιάσθω*, ib. *ιστίαμαι* pro *ειστίαμαι* in Par. pr. m. et in Vind. D*), III p. 390 D pro epica forma *ἠνείπαπε* in Vat. m. Ambr. t Vind. D Flor. *α ἠνείπαπε*, quod quidem etiam A habet cum *ί* ab eadem manu super *εί* scripto, III p. 391 B VII p. 536 D pro *πειστέον* in A¹ editionibusque Basileae publicatis, altero loco etiam in Vind. F *πιστέον*, III p. 407 C *ιλέγγους* in A, sed a manu recentissima *ει* super *ι* positum, VII p. 519 B pro *λιγνείαις* in Par. pr. m. *λειγνείαις*. Deinde Prodicus, quem Ceum fuisse constat (cf. Schanz. Die Sophisten. Göttingen 1867), in Parisino non *Κεῖος*, ut in Bodleiano Apol. p. 19 E, sed *Κίος* libr. X p. 600 C nominatur, in verbo *δένης* X p. 620 E *ί* locum diphthongi *εί* litae obtinet, denique ex *ἕρα*, *ει ἀνέξει* libr. X p. 613 E in A pr. m. *ἕραι ἀνέξει* factum est. Inde in deterioribus libris mira quaedam leguntur, velut in Vat. r III p. 390 E *αειστέον* et in Schneideri Lobcoviciensi *αἰστέον* cum *ει* super *ι*posito. Et haec quidem facilia sunt diiudicatu, difficilior est lectionum varietas in verbo *λείπειν* al., in quibus utraque scriptura aliquid valet. Rep. I p. 340 E haec leguntur: *ἕκαστος τούτων* (sc. *ὁ ἰατρὸς καὶ ὁ λογιστὴς καὶ ὁ γραμματιστὴς*), *καθ' ὅσον τοῦτ' ἔστιν ἢ προσαγορεύομεν αὐτόν, οὐδέποτε ἁμαρτάνει· ὥστε κατὰ τὸν ἀκριβῆ λόγον, ἐπειδὴ καὶ σὺ ἀκριβολογεῖ, οὐδεὶς τῶν δημιουργῶν ἁμαρτάνει· ἐπιλειπούσης γὰρ ἐπιστήμης ὁ ἁμαρτάνων ἁμαρτάνει, ἐν ᾧ οὐκ ἔστι δημιουργός.* Aoristum servant Par. A pr. m. D Ven. E Vat. Θ Mon. C omnesque editores Stallbaumio ed. Goth. 2 excepto, qui cum A²K ceterisque *ἐπιλειπούσης* scribit. Recte. Scilicet Socrates quicumque peccat eum peccare contendit, quia scientia eum deficiat, non quia defecerit; qui enim opifex non est neque unquam artis scientiam usumque accepit, sed tamen opus aliquod artificiosum perficere instituit, is consilii inops errare solet. Participium igitur praesentis cum aliis rebus tum sententia commendatur.

Rep. VIII p. 568 DE Socrates postquam tyranni imaginem adumbravit, hisce verbis utitur: *λέγωμεν δὲ πάλιν ἐκεῖνο τὸ τοῦ τυράννου στρατόπεδον τὸ καλὸν τε καὶ πολὺ καὶ ποικίλον καὶ οὐδέποτε ταῦτόν, πόθεν θρέφεται. Δῆλον, ἔφη, ὅτι, ἐάν τε ἱερὰ χρήματα ἢ ἐν τῇ πόλει, ταῦτα ἀναλώσει. . . Τί δ', ὅταν δὴ ταῦτα ἐπιλείπη; Δῆλον, ἔφη, ὅτι ἐκ τῶν πατροφῶν θρέφεται κ. τ. λ.* Hoc *ἐπιλείπη* in Par. AK² Ven. II traditum a plerisque reprobatur, ab Hermanno et Tur. ed. 3 retinetur. Tyrannus ne populo stipendia nova gravioraque imponantur, deorum templa auro argentoque spoliabit. Quid vero, ait

*) Schneiderum notum est in editione Lipsiensi codices a Bekkero conlatos aliis siglis designavisse atque Bekkerum ipsum; ideo animadvertas velim me Bekkerianam insignitionem servavisse, eos vero codices quos Schneiderus primus contulit litteris ab eo adhibitis attulisse.

Socrates, si in iis nihil relictum erit unde ille libidines suas multas variasque satiet? Nonne ad alias opes confugiet? Quae si recte disputata sunt, temperare mihi non possum quin aoristum accipiam. Neque enim consentaneum est tyrannum prius sive suum patrimonium sive civium divitias sibi arrogare quam omnes opes quae in urbe inveniantur sacrae aut bonis inimicorum publicatis comparatae sint consumpserit atque impenderit.

Rep. X p. 601 B haec habes: *Θόκοῦν, ἣν δ' ἐγώ, ἔοικε τοῖς τῶν ὠραίων προσώποις, καλῶν δὲ μή, οἷα γίγνεται ἰδεῖν, ὅταν αὐτὰ τὸ ἄνθος προλίπη;* Hic cum optimi codices aoristum praebeant quo praesens in deteriorum compluribus exhibitum minus quadrat, *προλίπη* sine ulla haesitatione recipiendum est, ut in editionibus nuperis factum. Ibidem in *μὴ τοίνυν ἡμίσεως αὐτὸ καταλίπωμεν ῥηθέν, ἀλλ' ἰκανῶς ἴδωμεν* cod. q v. Vind. F subiunctivo praesentis vitiatum sunt.

Ex eadem causa qua VIII p. 568 E, fieri non potest ut VIII p. 573 E praesens tueamur. Philosophus enim quomodo vir tyrannicus exoriatur exponens *Ταχὺ ἄρα* (inquit) *ἀναλίσκονται, ἐάν τινες ὦσι πρόσοδοι. Πῶς δ' οὐ; Καὶ μετὰ τοῦτο δὴ δανεισμοὶ καὶ τῆς οὐσίας ἀναιρέσεις. Τί μήν; Ὅταν δὲ δὴ πάντ' ἐπιλίπη, ἄρα οὐκ ἀνάγκη τὰς ἐπιθυμίας βοῶν;* Hermannus Baierus ed. Tur. 3 quia Par. A *λεί* ab eadem manu, quae scripserat *λί*, correctum habet *ἐπιλείπη* probaverunt; quod etiamsi omisso *ι* quod subscriptum vocatur Ang. v Flor. x Vind. F suppeditant, tamen vix explicari potest; itaque ceteri editores aoristum non sine causa praetulerunt.

Contra aptius iudicandum est praesens VIII p. 574 D: *Σφόδρα γε μακάριον, ἣν δ' ἐγώ, ἔοικεν εἶναι τὸ τυραννικὸν οἶον τεκεῖν. Πάνυ γ', ἔφη. Τί δ', ὅταν δὴ τὰ πατρὸς καὶ μητρὸς ἐπιλείπη τὸν τοιοῦτον, πολλὸν δὴ ἤδη ξυνειλεγμένον ἐν αὐτῷ ἢ τὸ τῶν ἡδονῶν σμῆνος, οὐ πρῶτον μὲν οἰκίας τινὸς ἐφάφεται τοίχου . . .;* nam *ἐπιλείπη* et ei quod sequitur *ξυνειλεγμένον ἢ* magis respondet et eo ipso temporis puncto quo patrimonium deficere incipit filium istum ad latrocinia et sacrilegia abripi accuratius significat. Parisinus omnesque fere melioris notae libri diphthongum *ει* testantur.

Item recte positum videtur praesens in libr. III p. 399 A et C: *Οὐκ οἶδα, ἔφην ἐγώ, τὰς ἁρμονίας, ἀλλὰ κατάλειπε ἐκείνην τὴν ἁρμονίαν, ἣ . . . πρεπόντως ἂν μιμήσαιτο φθόγγους τε καὶ προσφθίας . . . καὶ ἄλλην αὖ . . . σωφρόνως τε καὶ μετρίως ἐν πᾶσι τούτοις πράττοντά τε καὶ τὰ ἀποβαίνοντα ἀγαπῶντα· ταύτας δύο, βίαιον, ἐκούσιον . . . αἵτινες φθόγγους μιμήσονται κάλλιστα, ταύτας λείπε. Ἄλλ', ἣ δ' ἔς, οὐκ ἄλλας αἰτεῖς λείπειν ἢ ἅς νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον.* Glauco enim postquam interrogatus quatenam harmoniae vitae molli, desidiosae, intemperanti faverent Ionicam et Lydiam nominavit, Socrati num quid illae ad fortium virorum animos et in bello excitandos et in pace temperandos valeant quaerenti respondet: *Οὐδαμῶς —, ἀλλὰ κινδυνεύει σοὶ δωριστὶ λείπεσθαι καὶ φρυγιστὶ.* Tum Socrates: Nihil mea interest quale iis nomen indatur, sed id solum ut

eas habeam relictas quibus viri bellicosi ut domi bellicae tamquam concentum servent perducantur. Huic sententiarum nexui *κατάλειπε* multo accommodatius esse apparet; hoc si probaveris, non est cur *λίπε* in verbis insequentibus alteri imperativo praeferas; nam verbis *ταύτας λείπε* illud prius *κατάλειπε* in memoriam revocari cum per se pateat tum maxime ex forma huius enuntiati particula coniunctiva carentis perspicui potest. Accedit quod Glauco orationem infinitivo *λείπειν* continuat et in universa Socratis explanatione tempus praesens praevallet. Itaque quamquam priore loco *κατάλειπε* tantum in Parisino Aug. v Flor. x, altero in multis iisque bonis libris (*θΠDK q v r*) *λίπε* legitur et in Parisino Dübnero auctore *λείπε* »cum tenui quodam liturae vestigio, ex quo tamen *λίπε* a pr. m. fuisse minime pro certo poni potest«, tamen Turicenses Hermannus Stallbaumius utrobique praesentis imperativo mihi videntur iure patrocinari; quod vero Bekkerus maluit *κατάλιπε-λείπε* ferri potest, minus quod Schneiderus posuit *κατάλειπε-λίπε*; cui lectioni si in editione Lipsiensi haec addit: Quum praesens imperativi ab aoristo eo differat, quod actionis ipsius repraesentationem magis quam effectum imperat, inter *καταλείπειν* autem et *λείπειν* idem quod inter speciem et genus intersit, magis definitam et quasi concretam actionem non inepte tamquam praesentem et ob oculos versantem imperari, aoristum ad latius patentem et intellectu magis quam sensu percipiendam adhiberi consequitur: haec licet vera et acuta sint tamen ad nostrum locum translata vereor ne nobis non multum prosint vel in contrariam sententiam adducant; nam Socratem postquam rem propositam illustravit, quid absolutum sit et permaneat ex interlocutore elicere velle credibile est, praesertim cum alibi aoristi imperativus praesenti excipiatur, ut libr. X p. 572D: *Θές τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, πάλιν τοῦ τοιοῦτου ἤδη πρᾶσβυτέρου γεγονότος νέον οἶόν ἐν τοῖς τούτου αὐ ἤθεσι τεθραμμένον. Τίθημι. Τίθει τοίνυν καὶ τὰ αὐτὰ ἐκεῖνα περὶ αὐτὸν γιγνόμενα, ἅπερ καὶ περὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ.* Attamen nostro loco *κατάλειπε* et *λείπε* maxime quadrare puto.

Porro VI p. 504C quamquam codices perpauci *ἀπολείπον* habent et Parisinus varietatem quandam (*ἀπολείπων*, in margine eadem manu adscriptum est *γρ ἀπολείπων καὶ ὁτιῶν τοιοῦτος οὐ πᾶν μέτριον*) ostendit, editores tamen recte scribunt: *Ἄλλ, ὦ φίλε, ἦν δ' ἐγώ, μέτρον τῶν τοιούτων ἀπολείπον καὶ ὁτιῶν τοῦ ὄντος οὐ πᾶν μετρίως γίγνεται· ἀτελές γὰρ οὐδὲν οὐδενὸς μέτρον*, in eo vero differunt quod Bekkerus una cum *ἀπολείπον* recepit *μέτριον*. Qua voce verum non assecutus videtur esse. Socrates enim ceteris comprobantibus tres animi formas distinxerat indeque singulas virtutes qualis quaeque esset deduxerat, nunc alteram eamque longiorem disserendi viam qua eadem melius perspicui possint, quam libr. IV p. 435D reliquis adhortantibus breviori postposuerat, praestantiorem praedicans Adimantum aliosque breviorum quippe qua omnia satis cognosci possent tum delegisse monet dicitque 504B: *καὶ ὅρεῖς ἐξαρκεῖν ἔφατε,*

καὶ οὕτω δὴ ἐρρήθη τὰ τότε τῆς μὲν ἀκριβείας, ὡς ἐμοὶ ἐφαίνετο, ἐλλιπῆ (in Parisino ἐλλειπῆ), εἰ δὲ ὑμῖν ἀρεσκόντως, ὑμεῖς ἂν τοῦτο εἴποιτε. Tum Adimantus: Ἄλλ' ἔμοιγε, ἔφη, μετρίως. Ad haec Sōcrates respondet mensuram talium rerum unam esse neque nimiam neque minorem iusto. Quarum quaecunque a veritate vel tantillum absit eam haud sane commode definitam nec tamquam permensam nominari posse. Unde μετρίως ex Adimanti verbis repetendum esse puto; quo facto leporem quendam Socratis naturae minime absonum servabimus. Etiam Ficinus μετρίως transtulit, cum scriberet: Sed, o amice, talium mensura quaecunque veritatis partem omiserit, immensurate fit. Quanta vero inter *ι* et *ει* litteras codicum fluctuatio sit, praecipue ex libr. VI p. 509 C cerni potest. Sunt autem haec: Καὶ μηδαμῶς γ', ἔφη, πάσῃ, εἰ μὴ τι, ἀλλὰ τὴν περὶ τὸν ἥλιον ὁμοίότητα αὐ διεξιόν, εἴ πη ἀπολείπεις. Ἄλλὰ μὴν, εἶπον, συγνά γε ἀπολείπω. Μηδὲ σμικρὸν τοίνυν, ἔφη, παραλίπης. Sic recte in omnibus editionibus legitur, sed codices et in ἀπολείπεις (ἀπολείποις Vat. Θ Lobc., ἀπολίπης Vind. Φ Vat. m, ἀπολείπεις cum *ι* super *εἰ* scripto Flor. a al.) et in παραλίπης multimodis variant; hoc cum in aliis tum in Parisino in παραλείπης correctum est; quem coniunctivum in oratione pedestri tolerari non posse nemo nunc est qui ignoret. Hermannus quidem ad Vig. p. 809 nihil certi disseruit neque Schaefer. ad Greg. Corinth. p. 865 neque Matthiae. Gram. II p. 972, sed iam Heindorfius ad Plat. Gorg. p. 500 E, ubi secundum codices αὐτὸ δέ μοι τοῦτο πρῶτον ἢ σύμφαθι ἢ μὴ συμφῆς vulgata lectio erat, soloece μὴ cum subiunctivi praesentis persona secunda construi observavit atque rectius distinguendo quod nunc legitur σύμφαθι ἢ μὴ· σύμφης; eruit. Conferas etiam velim Aken »Die Grundzüge der Lehre vom Tempus und Modus im Griechischen« § 42, Stallb. adn. ad Gorg. l. l., Rehdantz. not. ad Xen. An. V 1, 8. Usus vero linguae imperat, ut cum A pr. m. ΠΘ etiam libr. VII p. 533 A Οὐκέτ', ἦν δ' ἐγώ, ὦ φίλε Γλαύκων, οἷός τ' ἔσει ἀκολουθεῖν· ἐπεὶ τό γ' ἐμὸν οὐδὲν ἂν προθυμίας ἀπολίποι· et X p. 599 C τῖνας μαθητὰς ἱατρικῆς κατελίπετο sc. Ὅμηρος . . ; et ib. p. 603 D ὃ τότε ἀπελίπομεν, νῦν μοι δοκεῖ ἀναγκαῖον εἶναι διεξελεῖν pro certo habeamus, quamquam his quoque nonnulli libri, imprimis ii qui plerumque cum Parisino concordant (Φ m v) obloquuntur.

Ex eodem fonte permutationes quaedam verborum εἶναι ἰέναι ἰέναι, praesertim compositorum emanaverunt. Nemo quidem erit quin scriptura longe plurimorum codicum II p. 370 E Καὶ μὴν κενὸς ἂν εἴη ὁ διάκονος, μηδὲν ἄγων ὧν ἐκεῖνοι δέονται, παρ' ὧν ἂν χομίζονται ὧν ἂν αὐτοῖς χρεῖα, κενὸς ἄπεισιν eliminata ex deterioribus Monacensi Florent. β ἦ sine ulla dubitatione suscipiat atque defendat, nemo quin quod in omnibus invenitur libr. VII p. 515 E Εἰ δέ, ἦν δ' ἐγώ, ἐντεῦθεν ἔλκοι τις αὐτὸν βία διὰ τραχείας τῆς ἀναβάσεως καὶ ἀνάντους καὶ μὴ ἀνίτοι (A² al. ἀνίη), πρὶν ἐξελεύσειεν εἰς τὸ τοῦ ἡλίου φῶς, κτλ. impugnans Parisini primam manum et Kiesslingii coniecturam ad

Jambl. Adhort. ad Phil. p. 228 ἀνεῖη reducat, sed in diversas partes editores discedunt libr. I p. 329 A, ubi Cephalus multorum senum querelas perstringit. Saepenumero, inquit, in unum locum cum aequalibus nos congregamus (ξυνερχόμεθα) vetus proverbium servantes. οἱ οὖν πλεῖστοι ἡμῶν ὀλοφύρονται ξυνιόντες τὰς ἐν τῇ νεότητι ἡδονὰς ποθοῦντες. In his omnes libri ξυνιόντες praebent, Astius vero Buttmano Stallbaumio adstipulantibus ξυνόντες scribendum esse suspicatus est; senes enim illos non lamentari dici dum convenient aut conventuri sint, sed dum familiari sermone inter se conloquantur. At ξυνιόντες participio illud ξυνερχόμεθα quodam modo repeti ut ea quae sequuntur facilius adungi queant per particulam οὖν indicari censeo, ξυνόντες vero posito non οὖν, sed δὲ postulari. Buttmannus autem ξυνιόντες ferri non posse ratus quia hoc participium praeteriti significationem non haberet, nihil impedire vidit, quominus ξυνιόντες aptius praesentis notionem servaret. Itaque hoc loco codicum scriptura non solum non absurda, sed verissima mihi videtur neque ulla causa cur Stallbaumius eos hac occasione data despiciat atque contemnat. Neque abest suspicio quin iam Cicero ξυνιόντες legerit. Nam cum hanc Platonis partem libr. de Senect. c. 3 ad verbum de Graecis expresserit, mirari licet quod illud participium omisit transtulitque: deplorare solebant tum quod voluptatibus carerent, sine quibus vitam nullam putarent, tum quod spernerentur ab iis, a quibus essent coli soliti. Hoc, ut opinor, non fecisset, si Plato ei ξυνόντες subiecisset. Hic etsi membranis patrocinated sum, fateri tamen non dubito aliis in locis etiam in egregiis talia errata inesse. Quid? nonne optimus Parisinus si X p. 606 C ὃ γὰρ τῷ λόγῳ αὐτῷ κατεῖχες ἐν παντὶ βουλόμενον γελωτοποιεῖν, φοβούμενος δόξαν βωμολοχίας, τότε αὐτὸν εἶης, καὶ ἐκεῖ νεανικὸν ποιήσας ἔλαθες nobis obtulit, protinus abiciendus est et lectio vulgata τότε αὐτὸν ἀνίης amplectenda?

Inde alii loco labem quandam eximi posse existimo. Libr. X p. 600 D haec Bekkero auctore reperiuntur: Ὀμηρον δ' ἄρα οἱ ἐπ' ἐκείνου, εἴπερ οἷός τ' ἦν πρὸς ἀρετὴν ὀνηῖναι ἀνθρώπους, ἢ Ἡσίοδον ραψωθεῖν ἂν περιούνας εἶων. In quibus cum Dübnero teste Parisini prima manus et II ὀνεῖναι, A²DK v q ὀνίναι, ΞΦ r Flor. c x ὀνίναι, Vaticanus in denique, Parisini assecla fidelissimus, Flor. a a γ ὀνηῖναι praecipiant (ὀνηῖσαι quod Kühnerus Gram. §. 343 p. 809 ex Platonis codicibus sumptum affert in Aristidis qui p. 599 D usque ad nostrum locum laudavit (II p. 431 sq. Dind.) codice Baroc. D exstat), id mea quidem sententia non dubitandum est quin ad librorum et interpolatorum et antiquissimorum scriptionem Bekkeriana lectio propius accedat quam ea quae Matthiae Gram. I § 244, Buttmano Gram. ampl. II p. 199 doctibus Turicensibus Hermanno Stallbaumio ed. stereot. placuit ὀνιάναι. Et fortasse Schneiderus recte: »ὀνηῖναι quamvis ἀπαξ λεγόμενον ad modum infinitivorum στήναι, βῆναι et similibus formatum videatur, hoc cum Bekkero praeferendum putavi et verum existimo.« Nec ὀνι-

νάσαι et *όνῆσαι* quidem ab Atticis quicquam vindicare possunt. Ut enim Lobeck. paral. p. 12 docet, *όννάσαι* infinitivus in aliquot Galeni Pauli Aeginetae locis solum nititur, *όνῆσαι* vero nusquam confirmatur nisi indicativi formis *ώνησαν* II. 9, 509 Eur. Troad. 933, *ώνησας* Herod. VIII, 76 Plat. Apol. p. 27 C Aristoph. Lys. 1033 aliquotiens. Editorum Stallbaumius solus ed. Goth. 2 *όνῆσαι* suscipere ausus est. — Cobetus Nov. Lect. p. 691 invicto argumento demonstrari posse arbitratus est antiquam scripturam *φιλονικεῖν*, utpote ex *νίκη* non ex *νεῖκος* deductam a librariis corruptam esse. Huic contrariam sententiam Frankius Philol. Suppl. I, 470 sqq. aliique protulerunt, ut novi quicquam vix adferri possit, sed tamen haec quaestio non absoluta est. Re vera autem permulti virorum doctorum Cobeto obsequi consueverunt; in Xenophonteis libris ubique fere nunc *φιλονικεῖν* al. legitur vel omnibus vel multis codicibus reluctantibus, quo in genere Gust. Sauppilii Lexilogum p. 139 adeas velim, in Demosthenis vero contionibus H. Sauppilii aliique tum vocalem productam *ι* tum diphthongum *ει* retinuerunt; illi favet praestantissimus Urbinas in Isocrate; O. Schneiderus quidem in or. I, 31 inde *φιλόνικος* rettulit. Contra non praetermittam Parisinum in Reip. libris semper diphthongum ostendere. Nihilosetius alterius scripturae argumenta diserta et certissima Plato ipse eloqui videtur, cum scribit Rep. VIII p. 581 AB: *Τί δέ; τὸ θυμοειδὲς οὐ πρὸς τὸ κρατεῖν μέντοι φαιμέν καὶ νικᾶν καὶ εὐδοκιμεῖν ἀεὶ ὅλον ὠρμηθῆσαι; Καὶ μᾶλα. Εἰ οὖν φιλόνικον αὐτὸ καὶ φιλότιμον προσαγορεύοιμεν, ἢ ἐμμελῶς ἂν ἔχοι;* vel 582 E: *Εἰ δὲ τιμῇ τε καὶ νίκη καὶ ἀνδρεία* (sc. τὰ κρινόμενα ἄριστα ἐκρίνετο), *ἀρ' οὐχ ἂ ὁ φιλότιμός τε καὶ [ὁ] φιλόνικος;* vel 586 C: *περὶ τὸ θυμοειδὲς οὐχ ἕτερα τοιαῦτα ἀνάγκη γίνεσθαι, ὅς ἂν αὐτὸ τοῦτο διαπράττεται ἢ φθόνῳ διὰ φιλοτιμίαν ἢ βία διὰ φιλονικίαν... πλησμονῆν τιμῆς τε καὶ νίκης... διώκων ἄνευ λογισμοῦ τε καὶ νοῦ;* quorum secundo loco omnes codices, primo praeter Monacensem Florentinum β, tertio praeter eosdem Venetumque Ξ diphthongum tradunt; etiam p. 586 D Ven. prima manus et Vind. E *φιλόνικον* exhibent, paulo graviore auctoritate *φιλονικίαν* Alc. I p. 122 C nititur, quia et ΞΣ Par. B³C Vind. Υ Flor. a b c vocalem *ι* tuentur et Olympiodorus quocum scholion ad h. l. consentit; ille haec adnotat: *Τὸ δὲ φιλονικίαν διὰ τοῦ ι γραπτέον. ἔχαιρον γὰρ τῇ νίκη, hoc vero: σημείωσαι φιλονικίαν διὰ τοῦ ι τὴν φιλίαν τῆς νίκης.* Quibus ex verbis Beierus iam in Corrigendis et Monendis ad Cic. de Off. I p. 149 ι praeferendum esse iudicavit. Subveniunt alia a Lobeckio paral. p. 243, Cobeto, Schneidero ad Isocr. I. I., Baitero ad Isocr. Paneg. § 19, Stallbaumio ad Plat. Rep. VIII p. 545 A enumerata, quorum evidentissima videntur Aristotelis in Rhet. I 10, 1368 b 21: *ὁ δὲ φιλότιμος διὰ τιμῆν, ὁ δ' ἀξύθυμος δι' ὀργήν, ὁ δὲ φιλόνικος διὰ νίκην*, ib. 11, 1370 b 33: *καὶ τὸ νικᾶν ἢ δὲ οὐ μόνον τοῖς φιλονίκοις ἀλλὰ πᾶσιν*, quibus quidem simillimum est ib. 6 p. 1363 b 1: *οὐ γὰρ μόνον ἢ δὲ ἀλλὰ καὶ βέλτιον φαίνεται καὶ μάλιστα ἕκαστοι πρὸς ἂ τοιαῦτοι, οἷον οἱ φιλόνικοι εἰ νίκη ἔσται, οἱ φιλότιμοι εἰ τιμῆ.*

Xenophontis igitur (Mem. II 3, 17) et Aristotelis gravissimis vadimoniis evinci debemus et paene cogimur, ut ne Platonis quidem verbis fidem abrogemus. Eant igitur codicum veterum mancipia cedantque maioribus. Cumque Plato illis locis quos supra adscripsimus tam aperte *φιλόνομος* et *φιλονομία* a voce *νόμος* derivaverit, ut nisi hanc vicissim *νείζει* cedere iusserimus ipse formas in *τ* pronuntiavisse putandus sit, Hermannus non solum p. 581 BC, 582 E, 586 CD, sed etiam libr. VIII p. 585 C, 548 C, 550 C, 551 C, Tim. p. 70 A ubi philosophus de eisdem moribus atque p. 582 E cet. loquitur *τ* productum revocare debebat. Illi vero derivationi aemulandi contendendi pertinaciter disputandi notiones nihil officere et per se intellegitur et a Cicerone discere possumus, qui Acad. post. I 12, 44 pertinaciam esse vincendi studium definivit. His igitur causis adducimur, ut quamvis reliqui editores adversentur etiam pluribus locis quam Hermannus a librorum scriptura recedamus.

Usque huc quae in syllabis primitivis locum habet confusio inter *ι* et *ει* tractata est; transgredior ad alterum genus quod in nominibus in *ειος* vel *εια* al. exeuntibus observatur. Cuius quidem aliquot a nullo in controversiam deducta quam exigua in talibus librorum sit auctoritas demonstrant. Sic legitur I p. 328 A *λαμπάδια* in A² al. (*λαμπάδεια* A¹), p. 354 A *ἐν τοῖς Βενδιδοῖς* (pro-*ειοῖς*) in A¹ θII D Tim. lex. p. 53 ed. 2, contra in Strab. libr. X p. 722 *Βενδιδοῖς*, libr. III p. 380 A X p. 602 B *ιαμβία* et *ιαμβίους* in A¹ II, quae eadem scriptura in Euthyd. p. 291 D a Schanzio nuperrime ex Clarkiano Vaticano θ al. relata est, Rep. IV p. 438 D vero in Parisino plurimisque *οικείας*, in II *οικείας* pro *οικίας* quod unice verum est; neque inter viros doctos de scribendi modo adiectivorum praecipue a nominibus propriis quae vulgo appellantur derivatorum disceptatur; at vero Parisini pr. m in Rep. VII p. 530 D *πυθαγόριοι*, X p. 600 B *πυθαγόριον*, p. 600 A *γυναικίον*, Clarkianus in Theaet. p. 162 C *πρωταγόριον*, Cratyl. p. 409 B *ἀναξαγόριον* sim. exhibent. Denique in Parisino litura vexatum et a grammaticis quibusdam addubitatum (cf. Schneider. Civ. III p. 301) est *ι* in *ἀμεταστρεπί* libr. X p. 620 E.

Maxime vero ambigua est substantivorum in *εια* desinentium scriptura. Et veteres quidem grammatici longe plerisque *εια* solam esse formam vel tradunt vel adeo pro certo habent, ut tantum quod plane abhorrere videbatur adferant. Ita Choeroboscus in Bekk. Anecd. III 1314 b sub *ἀλήθεια* dicit: *πολλάκις οἱ Ἀθηναῖοι ἐπὶ τῶν διὰ τοῦ εἰα προπαροξυτόνων μακρὸν ποιοῦσι τὸ α̅ καὶ καταβιβάζουσι τὸν τόνον*. Similia docet Ael. Dionys. ap. Eusthat. ad Od. VII p. 284, 27, quibuscum conferas Drac. Strat. p. 52, 17 sqq. Moer. p. 141 Piers. al. Ex recentioribus Schneider. ad Rep. libr. I 332 C IV 441 E X 618 E, Dorvill. ad Char. ed. Reisk. p. 446 multa congesserunt. Id certissimum est illorum plurima, imprimis quae ab adiectivis in *ης* terminantibus ducta

ultimam syllabam corripiunt, constanti codicum scriptura non solum in poetarum, sed etiam prosariorum libris *ει* conservavisse, multo pauciora tum in *εια* tum in *ια* finiri, quaedam nusquam aut rarissime *εια* ostendere. Quae cum ita sint, Parisini varietatem quanta qualisque sit in de Repbl. libris expromere passimque meam sententiam ab editoribus diversam enuntiare satis habeo. Semper igitur *ἀλήθεια ἀκρίβεια εὐγένεια* alia quae usitatissima sunt *ει* in paenultima habent; contra invenis libr. III p. 404 D *ἐδπαθείας* in Parisino ita lituratum, ut a prima manu *ἐδπαθείας* fuisse liqueat, reliquae membranae *ἐδπαθείας*, Φ^1 *ἐδπειθείας* offerunt. Multimodis autem fluctuant codices in verbo *ἀκρατείας* libr. V p. 461 B: plurimi, A sec. Düb. $\Xi\theta\Phi$ DK q m r Lobe. Vind. D Flor. a c a β γ *ἀκρατείας*, Vind. F Flor. x v Bekkerus *ἀκρατίας*, ceteri *ἀκρασίας* quod Schneid. ed. Lips. argutius quam verius defendit. Quae vero scriptura recta sit, sane quam ambigere possumus, praesertim cum etiam Clarkianus Gorg. p. 525 A clare et nitide *ἀκρατία* tradat, cf. Lobeck. Phryn. p. 524. Posteriores editiones, etiam Parisina in Rep. libr. *ἀκρατείας* praetulerunt. Deinde libr. VII p. 509 D Am Flor. a *σαφήνεια καὶ ἀσαφεία* recte ponunt, *ἀσαφεία* Monac. q, ceteri dativo in nominativum mutato *σαφήνεια καὶ ἀσάφεια*; libr. VIII p. 590 A legitur in Parisino *ἀδαδία*, sed iam a manu vetere *ι* in diphthongum *ει* correctum est; illud quod etiam θ Π D q Lobe. Vind. F confirmatur a Schneidero ed. Lips. Par. receptum est.

In nominibus ab *εὐθήσει* cognatisque ductis libri maiorem varietatem praebent. Libr. I p. 348 D exstat *κακοθήσειαν* in Parisino, sed III p. 401 A in eodem pr. m. *κακοθήσειας*, ceterorum in plurimis *κακονοτίας*; libr. I p. 348 D *εὐθηθίαν* quam formam Parisini manus pervetusta scripserat in *εὐθήθειαν* correctum est itemque III p. 400 E *εὐθηθίαν* et *εὐθηθία*, cuius dativi formae in reliquis hae sunt: *εὐθηθία* Π m Lobe. Vind. DE Flor. a c γ , *εὐθήθεια* Φ , *εὐθηθεία* θ , *εὐθηθεία* Flor a x, *εὐθηθεία* t v; libr. VII p. 518 A est *ἀηθείας* in A Π^2 Ξ Φ v m, *ἀληθείας* in Π^1 θ r, *ἀμαθείας* in Par. D² reliquisque, in editionibus *ἀηθείας*. Restant substantiva quae de stirpe *μαθ* originem ceperunt. De quibus haec a me observata sunt: libr. VI p. 499 E *φιλομαθείας* A¹ Ξ v m Vind. E F Flor. a x Schneid. ed. Par. Hermannus habent, ceteri *φιλομαθείας*; libr. VI p. 490 C *εὐμάθεια* omnes cod. praeter v Flor. a x, p. 494 B *εὐμάθεια* sine ulla varietate, utrobique editores unanimi *ει* servaverunt; X p. 618 D *καὶ ἀσθένεια καὶ εὐμαθεία καὶ δυσμαθεία* A¹ permulti quos Bekkerus Schneiderus Stallb. ed. stereot. Turicenses secuti sunt, *εὐμάθειαι καὶ δυσμάθειαι* A² q Flor. β x Stallbaumius ed. Goth. Herm.; libr. VII p. 518 A *ἀμαθείας* A¹ Lobe. Vind. E, *ἀμαθείας* editores cum reliquis. Ex hac serie conspici potest codices in certis quibusdam vocabulis eius generis differre, in iisdem de quibus grammaticorum sententiae discedunt. Herodiano enim auctore (vide II p. 453) in Etym. Magno p. 462, 15 haec leguntur: *τὰ παρὰ τὸ ἕθος διαφορεῖται, ἀθήθεια καὶ ἀηθία*. (*πολιτικώτερον* [scr.

ποιητικώτερον] δὲ διὰ τοῦ ι). . . καὶ τὸ παρὰ τὸ παθεῖν καὶ μαθεῖν, εὐπάθεια καὶ εὐπαθία, εὐμάθεια καὶ εὐμαθία, προμήθεια καὶ προμηθία κτλ., quibuscum comparanda sunt p. 399, 36: *Εὐφύα, ὠφελε διὰ τοῦ διφθόγγου, ὡς γίνεται ἀπὸ τῶν εἰς ης, ὡς εὐσεβής, εὐσέβεια· ἀλλὰ τὰ παρὰ τὸ φύω καὶ ὄζω σύνθετα διὰ τοῦ ᾤ γράφεται· οἶον εὐωδία, δυωδία· ἀφύα καὶ εὐφύα.* Sed haec omnia ex poetarum fabulis desumpta videntur, ut ex iis quae supra commemorata sunt apparet et ex iis quae de verbis in *φύα* desinentibus dicuntur p. 462, 22: *τὰ παρὰ τὸ φύη διὰ τοῦ ᾤ, εὐφύα· εὐρηται καὶ εὐφύεια παρὰ Ἀλέξειδι.* Atque si poetas accuratius perlustramus, Sophocles saltem quoniam quae a *τύχη* derivata postea non inveniuntur nisi in *ια* exeuntia in *εια* finivit, sicut *εὐτύχεια* fr. inc. 882 Herodiani auctoritate (II. p. 453, 22, idem Etym. Mag. p. 462, 24) confirmata, formas in *εια* adeo praetulisse iudicandus est ut illa quidem aetate harum vocum terminationem *εια* vulgarem fuisse credibile sit neque veri dissimile poetas necessitati cuidam metri concessisse. Nam multis centenibus quarum paenultima syllaba cum constanti codicum scriptura tum mensura longa esse atque *ει* habere debet extra dubitationem positae ea imprimis *ι* ostendunt in quibus aut duabus deinceps syllabis correptis opus erat aut quia antegressa erat producta nullum spatium erat nisi brevi, illud in rhythmo dactylico, ut in Soph. OC v. 189: *ἄγε νυν σύ με, παῖ, | ἔῶν εὐσεβίας ἐπιβαίνοντες κτλ.* itemque Ant. 943 *τὴν εὐσεβίαν σεβίσασα*, hoc potissimum in trimetro, ut OC v. 1043: *ὄναιο, Θησεῦ, τοῦ τε γενναίου χάριν | καὶ τῆς πρὸς ἡμᾶς ἐνθίκου προμηθίας.* Quo in genere Valck. ad Eur. Phoen. 1475, G. Hermann. ad Soph. El. 1025, Ellendt. lex. Soph. ed. 2 p. 285, 657 nonnulla disseruerunt idonea. In tanta difficultate nisi grammatici boni et diligentes contrarium praecipiant his vocabulis terminatio *εια* vindicanda est, praesertim cum quaedam in pedestri oratione plerumque in *εια* desinentia, a poetis vero altera forma usitata postea hanc solam suscepisse videantur. Cumque fieri non posse censeam, ut in eiusdem auctoris libris alia forma alia in parte exstet, sed quod sive testimoniis grammaticorum sive membranarum fide atque auctoritate maxime commendatur in ordinem recipiendum sit, Schneideri causis ad Rep. IV 441 E reprobatis *προμηθειαν* Platoni tribuam, quippe cui Lach. p. 185 A 197 B, Gorg. p. 501 B Clarkianus aliique optimi subveniant, ab eodemque Schneidero repositenda erit *ἀθάθεια* Rep. VIII p. 590 A. Implicatior est res substantivorum radice *μαθ* formatorum, quorum in plerisque et Herodianus II p. 453, 18 et optimi codices tantum *ι* paenultima imponunt. Ac primum quidem *εὐμάθεια* satis certa videtur, utpote quae auctore Herodiano prosariorum propria fuerit (II p. 453. 12 *λέγεται καὶ ποιητικώτερον εὐμαθία*) et praeter locum supra laudatum in Def. p. 413 D codicibus *Α Σ Φ Γ ς* sustentetur (*εὐμάθια* praebet *Ξ*, *εὐμαθία* *Ω Κ β ι*) terque in Charm. p. 159 E nonnullis saltem libris (Par. G Ambr. r Vind. Flor. *ι*) et in Ep. VII p. 344 A Vindobonensi *Φ* et fortasse *β*, in quo *εὐμαθεία*

legitur. Ceteris locis (Men. p. 88 A et B) omnes fere ϵ exhibent, tantum Vat. r et Ambr. r ϵ i. Cum $\epsilon\delta\mu\alpha\theta\epsilon\acute{\iota}\alpha$ vero non solum Rep. X p. 618 D, sed etiam Charm. p. 159 E artississime $\delta\upsilon\sigma\mu\acute{\alpha}\theta\epsilon\iota\alpha$ (vel $\acute{\iota}\alpha$) coniuncta est hicque ϵ i eosdem libros habet testes. Praeterea in hisce scriptum exstat: Tim. p. 87 A $\lambda\eta\theta\eta\varsigma \acute{\alpha}\mu\alpha \kappa\alpha\iota \delta\upsilon\sigma\mu\alpha\theta\epsilon\acute{\iota}\alpha\varsigma \Xi\Sigma\Upsilon\text{SY } s\ \epsilon\ \epsilon\ r$, — $\acute{\iota}\alpha\varsigma$ cet., Leg. VII p. 812 E $\delta\upsilon\sigma\mu\acute{\alpha}\theta\epsilon\iota\alpha\ \nu$ A corr., $\acute{\iota}\alpha\ \nu$ cet., Theaet. p. 195 C Epist. III p. 315 C $\delta\upsilon\sigma\mu\alpha\theta\acute{\iota}\alpha\ \nu$ omnes, Def. p. 415 E $\delta\upsilon\sigma\mu\acute{\alpha}\theta\epsilon\iota\alpha$ Parisienses GK. Utramque, et $\epsilon\delta\mu\acute{\alpha}\theta\epsilon\iota\alpha\ \nu$ et $\delta\upsilon\sigma\mu\acute{\alpha}\theta\epsilon\iota\alpha\ \nu$, ex regula factam esse ratus Hermannus ϵ i recepit Theaeteti loco excepto, ubi mea quidem sententia $\delta\upsilon\sigma\mu\acute{\alpha}\theta\epsilon\iota\alpha\ \nu$ scribere debebat si in sua ratione vol. I p. XXI, IV p. XXI, VI p. IV. VI summam exposita perstare volebat. Stallbaumius vero cuius inspicias velim appendicem ad Remp. p. 461 atque Turicenses singulis locis pro codicum auctoritate diversas ita dederunt formas, ut tantummodo Charm. 159 E Rep. p. 490 C 494 B Def. 413 D diphthongum ϵ i relinquerent, ille praeterea Rep. p. 618 D ed. Goth. et Men. p. 88 AB ed. Goth. et stereot. Itemque Bekkerus ϵ i posuit nisi in Def. duobusque prioribus Reip. locis. Eademque inconstantia Schneiderus tenetur quae eo magis mira est quod ipse Rep. tom. III p. 292 ubique $\acute{\iota}\alpha$ terminationem rectiorem habuit; ex Didotiana Def. p. 413 D accedit. Hirschigius denique nusquam diphthongum admisit. Mihi autem persuasum est a Platone $\delta\upsilon\sigma\mu\alpha\theta\acute{\iota}\alpha\ \nu$ et $\epsilon\delta\mu\acute{\alpha}\theta\epsilon\iota\alpha\ \nu$ aequae ac $\mu\upsilon\lambda\omicron\mu\alpha\theta\acute{\iota}\alpha\ \nu$ et $\phi\iota\lambda\omicron\mu\alpha\theta\acute{\iota}\alpha\ \nu$ abiudicanda esse; quorum quidem in priore scribendo Leg. VII p. 811 A et B, 819 A Parisini manus sec. et Ang. v diphthongum offerunt, duobus aliis locis codices valde fluctuant; nam Amat. p. 139 A $\mu\upsilon\lambda\omicron\mu\alpha\theta\acute{\iota}\alpha\ \nu$ $\Theta\Pi$ exhibent (Stallbaumius inde $\theta\epsilon\iota\alpha\ \nu$ referens errat), $\phi\iota\lambda\omicron\mu\alpha\theta\acute{\iota}\alpha\ \nu$ $\Gamma\Xi\Sigma\text{BCF}$ $\omega\gamma$ e neque minor discrepantia est Alc. II p. 147 A, ubi $\Gamma\Xi\Sigma\Upsilon\text{BC}$ u v Flor. $\beta\epsilon\iota\acute{\nu}\omicron$ $\mu\upsilon\lambda\omicron\mu\alpha\theta\acute{\iota}\alpha\ \nu$, $\Delta\Pi\Gamma$ $\phi\iota\lambda\omicron\mu\alpha\theta\acute{\iota}\alpha\ \nu$ quod quidem ϵ i superscripto etiam in Clarkiano legitur. Supersunt Amat. 133 C et E, in quibus tantum EF $\mu\upsilon\lambda\omicron\mu\alpha\theta\acute{\iota}\alpha\ \nu$ tuentur. Continuo adiciam unum locum in quo $\phi\iota\lambda\omicron\mu\alpha\theta\acute{\iota}\alpha$ reperitur Tim. p. 90 B ibique est $\phi\iota\lambda\omicron\mu\alpha\theta\acute{\iota}\alpha$ in δ A pr. m., $\phi\iota\lambda\omicron\mu\alpha\theta\acute{\iota}\alpha\ \nu$ in $\Upsilon\omicron$, $\phi\iota\lambda\omicron\mu\alpha\theta\acute{\iota}\alpha\ \nu$ in F et $\acute{\epsilon}\iota$ super ϵ posito in θ . Editores cuncti in Legibus ϵ i respuunt, non ceteris locis Bekkerus Stallb. Goth. Turicenses, in quorum tamen editione altera Alc. II p. 147 A Hermanno adstipulante $\phi\iota\lambda\omicron\mu\alpha\theta\acute{\iota}\alpha\ \nu$ (sed in Timaeo $\phi\iota\lambda\omicron\mu\alpha\theta\acute{\iota}\alpha\ \nu$) exhibitum est. In duobus vocabulis Hermannus et Schneiderus et Stallbaumius ed. stereot. et loco Alc. II excepto Hirschigius semper ϵ ponunt. Ego quidem vocalem simplicem ut in his non probo sic in $\acute{\alpha}\mu\alpha\theta\acute{\iota}\alpha$ cum editoribus pro certo habeo et quod ϵ constans fuisse ab Herodiano (I p. 531, 25: $\tau\omicron$ $\mu\acute{\epsilon}\nu\tau\omicron\iota$ $\acute{\alpha}\mu\alpha\theta\acute{\iota}\alpha$ $\mu\acute{\omicron}\nu\omicron\upsilon\upsilon$ $\mu\alpha\theta\acute{\iota}\alpha\ \nu$ $\kappa\alpha\iota$ $\delta\iota\acute{\alpha}$ $\beta\upsilon\upsilon\chi\acute{\epsilon}\omicron\varsigma$ $\tau\iota$ $\gamma\upsilon\gamma\alpha\phi\epsilon\tau\alpha\ \iota\beta$. p. 292, 8, II 453, 13. 474. 836, 24 alibi) similiterque a Theod. Gram. p. 67,5 ($\tau\acute{\alpha}$ $\acute{\alpha}\pi\omicron$ $\tau\acute{\omega}\nu$ $\epsilon\iota\varsigma$ $\eta\varsigma$ $\acute{\alpha}\rho\sigma\epsilon\upsilon\iota\kappa\acute{\omega}\nu$ $\sigma\upsilon\upsilon\eta\gamma\eta\mu\acute{\epsilon}\nu\omega\upsilon$ $\mu\alpha\theta\acute{\iota}\alpha\ \nu$ $\delta\eta\lambda\upsilon\kappa\acute{\alpha}$ $\delta\iota\acute{\alpha}$ $\tau\omicron\upsilon$ $\epsilon\iota\alpha$, $\acute{\epsilon}\iota$ $\mu\acute{\epsilon}\nu$ $\mu\alpha\theta\acute{\iota}\alpha\ \nu$ $\delta\iota\acute{\alpha}$ $\tau\omicron\upsilon$ $\epsilon\iota$ $\gamma\upsilon\gamma\alpha\phi\omicron\upsilon\tau\alpha\ \dots$ $\acute{\epsilon}\iota$ $\delta\acute{\epsilon}$ $\mu\alpha\theta\acute{\iota}\alpha\ \nu$ $\delta\iota\acute{\alpha}$ $\tau\omicron\upsilon$ $\tau\iota$ $\gamma\upsilon\gamma\alpha\phi\omicron\upsilon\tau\alpha\ \omicron\iota\omicron\upsilon$ $\acute{\alpha}\mu\alpha\theta\acute{\iota}\alpha$) expressis verbis confirmatur et quod in codicibus rarissime ϵ i com-

paret, nunquam ut videtur in Clarkiano (cf. Schanz. ad Euthyd. p. 281 DE, 286 D, Conv. p. 204 A al.), semel in Par. secundum Düb. ad Rep. VII p. 518 A, perraro in deteriorum aliquot, in Angel. v Leg. III p. 688 D, in Thuaneo (N) Phaedr. p. 235 C. Haec considerantibus ἀμαθίαν in Platonis scriptis prope quinquagies inveniri nihil valere possunt neque Aemilius Portus ad Xen. Rep. Ath. I 5, 7 halucinatus ἀμαθίαν Ionicam esse formam pro communi ἀμαθεία. Et huius quidem substantivi formam in ια exeuntem qua ex causa reconditiore iam ante Periclis aetatem in usum venisse putem suspicari liceat. Prima enim ἀμαθίας significatio qua bonae indoli ad discendum opposita erat mox eo devenit, ut mancae illius facultatis effectum ut ita dicam i. e. inscitiam denotans sapientiae voci contraria evaderet alioque sensu vixdum adhiberetur. Luculentissima exempla largitur Plato; dicit enim Euthyd. p. 281 E: τούτων . . . δυῶν ὄντων ἡ μὲν σοφία ἀγαθόν, ἡ δὲ ἀμαθία κακόν, Rep. I p. 351 A: εἴπερ σοφία τε καὶ ἀρετὴ ἐστὶ δικαιοσύνη, ῥαδίως οἴμαι φανήσεται καὶ ἰσχυρότερον ἀδικίας, ἐπειδὴ περ ἐστὶν ἀμαθία ἢ ἀδικία, Hipp. mai. p. 296 A: διὰ ταῦτα καὶ ἡ σοφία πάντων κάλλιστον, ἡ δὲ ἀμαθία πάντων αἰσχρότερη. Etiam conferenda sunt Leg. III p. 691 A, Euthyd. 286 DE, Conv. p. 202 A, Xen. Mem. IV 2, 22. Inde vero analogia quadam ab omnibus gentibus frequentata ἀμαθίαν ad σοφίας vocem transformatam remansisse verisimillimum est.*)

De ceteris huiuscemodi substantivis breviter dicam. Nam ἀνδρείαν non poeticam esse formam, ut Bekkero visum est, sed vere Atticam nunc inter omnes constat, quoniam quae ab Ellendtio praef. ad Arr. I p. 26. sqq. Stallbaumio ad Cratyl. p. 413 E praef. ed. stereot. p. XI adversus Schneiderum (ad Remp. II p. 361 B VIII p. 582 E) codicibus addictum disputata sunt neminem ab altera forma recipienda non deterrebunt. Neque minus Stallbaumius append. ad Remp. p. 461, praef. ad Leg. XXXII alii viri docti quorum sententias Schanz. ad Euthyd. p. 275 E complexus est scripturam ὠφέλεια adiuverunt. Quibus causis commoti Stallbaumius Hermannus Schanzius etiam si optima membranae obloquuntur diphthongum reficiunt. Istae enim paene omnibus locis τ vocali suffragantur, Parisinus pr. m. Rep. V p. 459 D excepto, θΠ praeter Rep. I p. 332 D, cf. Bekk. App. crit. ad Remp. p. 107, 474. 4 et de Clarkiano Schanz. Euthyd. p. 275 E. Quos si cui duces deligere libuerit quod ego hac in re improbo, tamen fieri non posse existimo ut in magno numero locorum ex egregiis eadem ratione

*) Haec iam scripseram, cum Buttmannum cuius grammaticam ampliolem alia ex causa volveram simile quid videri in animo habuisse cognovi. Adnotat enim ib. II § 119 p. 416 not. 23: Man beachte, dass dies Wort (sc. ἀμαθία) nicht reines Correlat ist von ἐδμαθής ἐδμάθεια; denn dies geht auf die Lernfähigkeit; der ἀμαθής hat nichts gelernt, ist ungebildet, grob. Solche Verschiedenheiten im Sinn macht der Sprachgebrauch fühlbar durch gleichsam unwillkürliche Benutzung zufälliger Verschiedenheiten in der Form.

confectorum in perpaucis diversa retineantur, sicut Baiterus in ed. Tur. altera fecit qui in primo de Rep. libro *ὠφελίαν* ceterosque casus, in reliquis *ὠφέλειαν* dederat, et Schneiderus ed. Par. non *ὠφέλειαν* servans nisi libr. V p. 459 D VII p. 527 E VIII p. 559 B VIII p. 589 C; in tertia editione Baiterus constanter *ὠφελίαν* praetulit.

Sed satis de his. Placet ad ea transire quae sive *ι* sive *ει* adsumimus aliquid valent, velut *παιδιά* et *παιδεία*, *στρατιά* et *στρατεία*. Quorum quid verum sit aliquotiens parum liquet. Ac primum quidem ubicumque *παιδιά* opponitur *σπουδῇ*, vix quicquam dubitationis relinquitur. Quamvis igitur libr. X p. 602 B boni codices *ΞΦ* in Vind. F Flor. ac Mon. C *παιδείαν* praestent tamen cum editoribus recte haec tenebis: *ἐπεικῶς ἡμῖν διωμολόγηται τὸν τε μιμητικὸν μηδὲν εἰδέναι ἀξιὸν λόγου περὶ ὧν μιμεῖται ἀλλ' εἶναι παιδιὰν τινα καὶ οὐ σπουδῆν τὴν μίμησιν*. Neque tamen omni suspicione haec vox vacua mansit libr. III p. 396 E ubi philosophus speciem quandam narrandi et dicendi qua vir honestus utitur ostendit, *Ὅταν δὲ γίνηται*, (inquit) *κατὰ τινα ἑαυτοῦ ἀνάξιον, οὐκ ἐθελήσειν* (sc. *μέτριος ἀνὴρ δοκεῖ*) *σπουδῇ ἀπεικάζειν ἑαυτὸν τῷ χείρονι, εἰ μὴ ἄρα κατὰ βραχὺ . . , ἀλλ' αἰσχυρνεῖσθαι . . ἀτιμάζων, ὅτι μὴ παιδιᾶς χάριν*. Quod quoniam *σπουδῇ* praegresso *παιδιᾶς* vox postulari videtur editoribus quidem probatur, sed Morgenstern. Symb. ad Plat. Polit. p. X quia *παιδιᾶς* notio in perfectae civitatis viro honesto et gravi adumbrando a Platone non usurpari posset *παιδείας* secundum Vind. D Par. K. pr. m. praeferendum iudicavit. Quae sententia quamvis ratione non carens tamen severior est; scilicet virum *τῷ ὄντι καλὸν κληθρὸν* gravem quidem sed non ab quavis urbanitate iocoque alienum esse decet; quo in genere verba quibus Socrates viri deterioris studium in omnibus rebus pariter conlocatum vituperat consideranda sunt ib. p. 397 A: *οὐλοῦν, ἦν δ' ἐγώ, ὁ μὴ ταιούτος αὐ, ὅσῳ ἂν φαυλότερος ἦ, πάντα τε μᾶλλον μιμήσεται ἢ διγγήσεται* (sic recte Madv. Adv. I p. 418) *καὶ οὐδὲν ἑαυτοῦ ἀνάξιον οὐγήσεται εἶναι, ὥστε πάντα ἐπιχειρήσει μιμεῖσθαι σπουδῇ τε καὶ ἐναντίον πολλῶν*. Illum igitur pudebit hominem dissimilem effingere; quem simulac narrando reddidit, ex oratione utpote per iocum dicta cognoscitur ipsius natura diversa, hic vero qualemcumque deprehenderit et optimum et pessimum, in utroque exprimendo gravis erit, quin etiam eo gravior quo in peiorum formas se induerit. Atque etiam IV p. 424 D sententia *παιδιᾶς* vocem tuetur, cum Adimantus dicit Socratesque respondet: *Ἦ γοῦν παρανομία . . ῥαδίως αὐτὴ λαμβάνει παραδομένη; Ναί, ἔφη, ὡς ἐν παιδιᾶς γέ μέρει καὶ ὡς κακὸν οὐδὲν ἐργαζομένη*. Cavendum enim est, ait Plato, ne mutatione ne minima quidem novum musicae genus in civitatem inducatur, sed videndum ut in musica quippe a qua mores civium singulorum proficiscantur arx quaedam salutis publicae a custodibus exstruatur; nam parva *παρανομία* clam immigrans quae initio tamquam iocandi causa excogitata neque mali quicquam efficiens videatur paulatim in

civium animos vitamque adeo influet, ut universa respublica in periculum vocetur. Hac argumentatione bene procedente etiam παιδιᾶς voci alterius loci p. 424 E quo philosophus ad nostrum manifesto respicit lux adfulgebit. Ibi Socrates interrogat: *Θόκοῦν, ὃ ἐξ ἀρχῆς ἐλέγομεν τοῖς ἡμετέροις παισὶν ἐννομιωτέρου εἶδὸς παιδιᾶς μεθεκτέον, ὡς παρὰ νόμου γυγνομένης αὐτῆς καὶ παιδῶν τοιούτων, ἐννόμους τε καὶ σπουδαίους ἐξ αὐτῶν ἄνδρας ἀξιάνεσθαι ἀδύνατον ὄν;* Codices utrobique parum congruunt, quippe et illic et hic παιδείας θ¹Φ v r Flor. x Vind. FD Lobc. Stobaei libri Floril. XLIII 155 p. 157 Mein. praebent, quod Matthiae. Gram. I p. 520 probavit.

Alibi librarii παιδείαν perverterunt. Primum exemplum libr. II p. 383 C reperitur quo in loco philosophus disputationi de mala poetarum imitatione institutae hunc imponit finem: *Ὅταν τις τοιαῦτα λέγῃ περὶ θεῶν, χαλεπανοῦμέν τε καὶ χορὸν οὐ δῶσομεν οὐδὲ τοὺς διδασκάλους ἐδάσομεν ἐπὶ παιδείᾳ χρῆσθαι τῶν νέων, εἰ μέλλουσιν ἡμῶν οἱ φύλακες θεοσεβεῖς τε καὶ θεῶι γίγνεσθαι.* In quibus non erunt qui ad Parisini pr. m. Veneti II Ambrosiani t lectionem ἐπὶ παιδιᾷ refugientes hoc defendant, quasi vero magistri a reipublicae rectoribus poeticis illis mendaciis ad custodes delectandos exhilarandosque uti vetentur.

Scrupulus autem non ita tenuis residet libr. VII p. 537 C: *Ἐκ τῶν εἰκοσιετῶν οἱ προκρινθέντες τιμὰς τε μείζους τῶν ἄλλων οἴσονται, τὰ τε χύδην μαθήματα παισὶν ἐν τῇ παιδείᾳ (Hermann.) γυγνομένα τούτοις συνακτέον εἰς σύνοψιν οἰκειότητος ἀλλήλων τῶν μαθημάτων καὶ τῆς τοῦ ὄντος φύσεως.* Librorum Parisinus super ei a manu vetusta i scriptum habet, Par. DK Flor. β ἐν τῇ παιδιᾷ, q παιδίᾳ, reliqui et Theon. Smyrn. de Arithm. p. 6 παιδεῖᾳ. Ineptum vero esse huic loco ἐν τῇ παιδιᾷ intrudere quis est qui non perspiciat? Attamen ἐν τῇ παιδείᾳ quoque alienum videtur. Nobis enim quid sententia flagitetur considerantibus Platonem quales pueri ex custodum numero seligendi sint summa disciplina, philosophia, imbuendi manifestum est accuratius constituere. Nam quoniam p. 535 A quae indoles in his pueris inesse deberet declaravit quibusque exercitationibus et corporis et animi optimi fortissimique adulescentes indagari possent (p. 536 DE), Socrates Glauconi quaerenti qua aetate praestantissimi discernendi sint ea respondet qua ex necessariis corporis excesserint exercitationibus (p. 537 B). Qui vero, inquit, vicissimum annum transgressi inter ceteros praestiterunt ob eamque causam eximuntur, et amplioribus colendi sunt honoribus et τὰ χύδην μαθήματα παισὶν ἐν τῇ παιδείᾳ γυγνομένα τούτοις συνακτέον εἰς σύνοψιν οἰκειότητος ἀλλήλων τῶν μαθημάτων καὶ τῆς τοῦ ὄντος φύσεως i. e. quae disciplinae pueris cum instituebantur fuse sunt traditae illis in conspectum cognationis inter singulas naturamque eius quod est intercedentis coniungendae sunt. In his verbis qui pueri nominantur apertum est. Quid vero? Nonne τούτοις eadem atque omnibus tradita fuerunt? Sane. At hi in eodem numero quo

cuncti habiti, erant, ut tum demum oppositio recta evaderet, si *αὐτοί*, qui modo *προχρηθέντες* nominati ab aliis facile discerni poterant, apto adiectivo accedente qui qualesve inter omnes essent satis definirentur. Nunc vero Plato dicit quod sensu caret: *μαθήματα παισὶν γενόμενα τούτοις (τοῖς παισὶ) συναχτέον κτλ.* Assequimur autem verum scribentes *μαθήματα πᾶσιν ἐν τῇ π. γ. τούτοις*; deesse enim potest sine ulla dubitatione puerorum notio, quoniam haec omnia de iis dicuntur. Hanc coniecturam necessariam facillimamque Theonis Smyrnaei testimonio quem Platonis scripta parum diligenter excerpisse aliunde intellegi potest (vide Schneid. ad p. 521 C) stabilire non curo, id solum adiciam in omnibus membranis *παισὶ* et *πᾶσι* permisceri. Cuius rei ut ad Platonis Remp. me referam primum specimen ab Heusdio In. Phil. Plat. III p. 100 not. datum iteratumque a Winckelmanno libr. IV p. 431 C ita legitur: *Καὶ μὴν καὶ τὰς γε πολλὰς καὶ παντοδαπὰς ἐπιθυμίας καὶ ἡδονὰς τε καὶ λύπας ἐν παισὶ μάλιστα ἂν τις εὖροι καὶ γυναιξὶ καὶ οἰκέταις καὶ τῶν ἐλευθέρων λεγομένων ἐν τοῖς πολλοῖς τε καὶ φαύλοις.* Recte. Gravius enim feminis inferretur probrum quam quod tolerari posset, persaepe vero liberi et feminae coniunguntur, ut p. 433 D *καὶ ἐν παιδὶ καὶ ἐν γυναικὶ καὶ ἐν δούλῳ καὶ ἐν ἐλευθέρῳ*, VIII p. 578 E: *καὶ γυναῖκα καὶ παῖδας . . . μετὰ τῆς ἄλλης οὐσίας τε καὶ τῶν οἰκετῶν*, V p. 451 C: *κατ' ἐμὴν δόξαν οὐκ ἔστ' ἄλλη ὁρθὴ παιδῶν τε καὶ γυναικῶν κτησίς τε καὶ χρεία*, Gorg. p. 511 E al. Quibus de causis editores praeter Schneiderum ed. Par. omnibus codicibus neglectis *πᾶσι* oblivioni iure dederunt. Neque minus certum videtur libr. VI p. 494 B: *Θόκοῦν εὐθὺς ἐν πᾶσιν* (sic codices) *ὁ τοιοῦτος πρῶτος ἔσται ἐν ἅπασιν, ἄλλως τε καὶ ἐὰν τὸ σῶμα φύῃ προσφερὴς τῇ ψυχῇ*; pro *πᾶσιν* requiri quod de Geer. Diatr. in Plat. Pol. Princip. p. 58 coniecit *παισίν*. An putas haec sic explicari licere: Nonne igitur qui philosopha natura praeditus est statim in omnibus rebus inter omnes aequales maxime excellet? Forsitan fieri posse respondeas. At si Socrates extemplo haec subnectit: *Βουλῆσονταί δῃ, οἶμαι, αὐτῶν χρῆσθαι, ἐπειδὴν πρεσβύτερος γίγνηται, ἐπὶ τὰ αὐτῶν πράγματα οἱ τε οἰκεῖοι καὶ οἱ πολῖται*, te *ἐν παισίν* necessarium esse ratio et veritas convincit, ut Hermannum Turicensis ed. 3 Stallb. ed. stereot. convictos habet; alii nihilominus haerentes Platoni illud *ἐν πᾶσιν . . . ἔσται ἐν ἅπασιν* relinquere quam quod sententiarum nexus flagitat in textum recipere maluerunt. Ex his igitur corruptelae indicia eius loci unde digressi sumus scripturam *μαθήματα πᾶσιν ἐν τ. π.* lucrantes quominus eum ab omni parte sanum ducamus *παιδεία* vocabulo impedimur. Quod quid sibi velit interpretes quidem facile cognosci arbitrati silentio praetereunt similiterque Schleiermacherus prorsus omisit (»die den Knaben zerstreut vorgetragenen Kenntnisse müssen für sie zusammengestellt werden zu einer Uebersicht u. s. w.«), sed neque hoc mihi placet neque Mülleri conversio: »diese müssen die den Knaben beim Unterrichte bunt durch einander mit-

getheilten Kenntnisse zu einer Uebersicht des Zusammenhangs der Wissenschaften und mit dem Wesen des wahrhaft Seienden vereinigen«, quasi vero pueri delecti institutionis egeant neque iis litterarum conspectus a magistris explanetur et tradatur. Ficini autem translatio »disciplinae istis in pueritia sparsim ostensae« sententiae fortasse conveniret, si quod in Theonis editionibus exstat ἐν τῇ παιδίᾳ huc traduceremus. At duae potissimum causae sunt cur hanc lectionem repudiare debeamus, prima quod verbum παιδία a multis ambigitur. Sed enim aliquoties in Platonis libris occurrit et necessarium putatur. Leg. enim libr. VII p. 808 E haec habes: πολλοῖς αὐτὸ οἶον χαλινοῖς τισὶ δεῖ δεσμεύειν, πρῶτον μὲν τροφῶν καὶ μητέρων ὅταν ἀπαλλάττηται, παιδαγωγοῖς παιδίας καὶ νηπιότητος χάριν, ἔτι δ' αὖ τοῖς διδάσκουσι καὶ ὀτιῶν καὶ μαθήμασιν ὡς ἐλεύθερον, ib. VIII p. 864 D: τούτων (sc. τῶν συλῶντων) δὴ τις ἂν ἴσως πράξειέ τι μανεῖς ἢ νόσοις ἢ γήρᾳ ὑπερμέτρῳ ξυνεχόμενος ἢ παιδία χρώμενος. Utrobique Astius posterioresque παιδίαν ediderunt quia nihil aliud intellegi queat nisi puerilis aetas coniunctaque cum ea imprudentia, codicum autem optimi (Par. A et Q¹) παιδείας et παιδείᾳ tradunt. Neque infitandum hanc vocem iure quodam positam videri; mihi tamen illo loco valde displicet verborum conlocatio παιδίας καὶ νηπιότητος, pro qua νηπ. καὶ π. opus erat; nam quod nonnulli contendunt νηπιότητα imprudentiam puerilem significare non omnino recte se habet; prima enim et sola fere notio νηπιότητος est infantia, quae [quia huic loco non apta videbatur interpretum licentia submutata est. Itaque quamquam παιδίας non probo, παιδιᾶς tamen proponere non ausim; id tantum pro certo habeo παιδίας falsum esse; altero loco nulla necessitate coacti sumus, ut γήρας ὑπέμετρον et παιδία opponamus, sed ratio postulat, ut quattuor causae ponantur quibus poenae graves sacrilegis et proditoribus et rerum novarum cupidis pendendae remittantur, vesania, morbi, nimia senectus stultaque, lusus; neque enim video quid obstet quin lusus notionem accipiamus, in qua quidem lascivia aut superbia quaedam simul continentur, perinde ut ad νόσοις vocem aliquid sententiae aptum animo adiungendum est. Etiam alibi παιδιὰ in malam partem accipitur, ut Epin. p. 975 D: παιδιὰ τις ἂν λείποιτο . . . οὐδαμῆ σπουδαία, Crit. p. 46 D: ἦν δὲ (ὁ λόγος) παιδιὰ καὶ φλυαρία ὡς ἀληθῶς Plut. mor. p. 456 E al. Hanc vero interpretationem istius Legum loci vulgari ut praeferam, praecipue adducor, quod χρώμενος participium ab auctore adhibetur. Praeterquam enim quod παιδίας verbum a nullo usurpatum nisi a Platone huc inferitur, eidem propter χρώμενος appositum aliena notio subicienda est, iuvenilis temeritas atque imprudentia; si minus illud participium ineptum et barbarum videtur; quis enim Graecus ἡλικία vel νεότητι vel γήρᾳ χρῆσθαι dixerit? Relinquuntur duo alia παιδίας exempla Platonis: Politic. p. 268 E in verbis: τῶ μύθῳ μου πάνυ προσέχεται νοῦν καθάπερ οἱ παῖδες· πάντως οὐ πολλὰ ἐκφεύγεις παιδιᾶς, quod editores Stephani adno-

tatione in margine adscripta: »omnino *παιδίας*, quum de pueritia seu puerili aetate intellegatur, non *παιδιᾶς* scribendum« commoniti in *παιδίας* permutaverunt Stallbaumio excepto. Qui *παιδιᾶς* conservans, Pro *παιδιᾶς ἔτη*, inquit, Stephanus legendum iudicavit *παιδίας ἔτη* idque adsensu suo probarunt Fischerus, Astius alii. Vereor tamen magnopere, ut ulla opus sit mutatione. Nam *παιδιᾶς ἔτη* intellegenda sunt de aetate puerili, quemadmodum nos quoque dicimus »Jahre des Spieles, Jahre des Scherzes.« Quae explicatio licet contorta sit, tamen ei praestat, quam inaudito verbo assequimur, ut aegre feram quod idem Stallbaumius priorem illam sententiam abiecit. Duodeviginti enim annis post quam ad Politici l. l. animadvererat: »Apud Platonem certe Leg. p. 808 E *παιδιᾶς* et p. 864 D *παιδιᾶ* unice verum esse contendimus« ad Leg. p. 808 E haec scripsit: »Vocabulum *παιδίας*, pro quo alii *παιδιᾶς*, alii *παιδείας* legunt, in controversiam vocatum est, quod ipsi nuper fecimus ad Polit. p. 268 E. Sed nunc mutata sententia illud tenendum putamus.« Me vero neque haec ad aliam sententiam perducere possunt neque quae ad *παιδίας* nomen defendendum ex Theogn. v. 1305. 1348 Hippocr. p. 113 C et ab illo et a Schneidero qui de hoc vocabulo Rep. p. 537 C disputavit arripiuntur exempla. Quae cum ita sint, cum *παιδίαν* a Platone abiudicandam esse existimem, tum Rep. p. 537 C pueritiae notio toti conexui repugnare videtur. Eius scilicet potestas ac vis nulla esset nisi *οἱ προκρινθέντες* verbo *τούτοις* denotati aut re vera aliquantum aetatis ab eis qui *παισίν* (vel *πᾶσιν*) significantur distarent aut distantes cogitandi essent; quorum neutrum convenit. Dissentio igitur cum Schneidero qui significationem pueritiae ineptam esse negat eaque non solum Theonem, sed etiam Platonem adfirmat uti potuisse ita, ut unam notionem duobus nominibus (*παισίν* et *παιδίᾳ*) declararet. Ergo refugiendum nobis censeo ad *ἐν τῇ παιδείᾳ*. Quod ut de altero adolescentulorum genere dici possit, articulus premendus est. Utrique enim litteris artibusque instruuntur, illi *χόδην*, hi ita, ut illa parte absolutá disciplinarum conspectum cognitionemque percipiant; discrepantia igitur in instituendi ratione, non in institutione ipsa conlocata est. Quod assequi possimus si *ἐν τῇ παιδείᾳ* explicaverimus »in ea quae tractata, praegressa est institutione.« Haec articulo addito significari posse rati coniciendo supersedeamus; accuratius tamen multoque clarius idem facillima mutatione *ἐν τῇ προπαιδείᾳ* exprimeretur conl. p. 536 D: *Τὰ μὲν τοίνυν λογισμῶν τε καὶ γεωμετριῶν καὶ πάσης τῆς προπαιδείας, ἣν τῆς διαλεκτικῆς δεῖ προπαιδεύθῃναι, παισίν οὔσι χρὴ προβάλλειν.* Sic igitur legendum propono: *τά τε χόδην πᾶσιν ἐν τῇ παιδείᾳ* (fort. *προπαιδείᾳ*) *γενόμενα τούτοις συνακτέον κτέ.*

Hoc loco minus impeditiorem legimus libr. IV p. 425 B, ubi codicum magna pars (*θ¹ΠΦ DK q t r Vind. D Flor. β n*) *παιδιᾶς* tradunt. Socrates enim summa norma pueros educandi constituta qua oboedientiam legibus per musicam susciperent et quasi

cum lacte nutricio sugerent, minutas quasdam res quae inde evaderent praetermitti posse arbitratus sic concludit: *Κινδυνεύει γούν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Ἀδείμαντε, ἐκ τῆς παιδείας ὅποι (sic opt. cod.) ἄν τις ὀρμήσῃ, τοιαῦτα καὶ τὰ ἐπόμενα εἶναι.* In quibus *παιδείας* verissimum esse perspicuum est, multo minus *ὅποι* quod voci *τοιαῦτα* non respondere videtur. Quare Astius Stallbaumius ed. Goth. cum nonnullis libris (*Φ DK q r*) *ὀπη* (qualicumque ratione prodierit) praetulerunt, Dobraeus Adv. I 1 p. 157 *ὀποίας ἄν τις*, alii *ὀποῖος ἄν* suspicati sunt. At nisi forte *ὀποῖ* ἄν scribens accusativum adverbialem quem vocant admittes, retinendum tibi erit *ὅποι* atque *τοιαῦτα* ita explicandum, ut forma correlativa paulum neglecta sui enuntiati subiecto adsimulatum sit.

Proximum est, ut *στρατιῶς* et *στρατείας* nomina perstringam. Ex quibus illius significationem in Thucydidis libris et Aristophanis fabulis quamquam interpretes tam late patere contenderunt, ut modo exercitus modo expeditio exprimeretur, de qua re disseruerunt Ammon. p. 130 Phot. p. 468 Ruhnkenius ad Tim. Lex. p. 200 Stallb. ad Plat. Phaedr. p. 260 B Krüger. ad Thuc. I 3, 4, omnes tamen editores dialogorum Platoniorum a vulgari praecepto recedere suo iure reformidaverunt. Nam permultis in locis aut omnes aut optimorum plerique libri ut discrimen a viris doctis factum communiterque servatum tueamur nos monent neque ab quoquam veterum grammaticorum contrarium de Platone commemoratur. Quibus de causis Stallbaumius in Rep. III p. 404 A, ubi *ΘΠΦ r* Lobc. Vind. F¹ Flor. n *ἐν ταῖς στρατεῖαις* recte exhibent, conlocari posse *ἐν ταῖς στρατιῶς* declarare non debebat. Praeterea haec solum fluctuantia in Rep. observavi: III p. 404 B *ἐπὶ στρατείας* *ΘΠΦ DK q r* Flor. β n edition., *στρατιῶς* A sec. Dübn. paucique, alii *στρατιῶς*; V p. 468 C *ἕως ἄν ἐπὶ ταύτης ὄσῃ τῆς στρατείας* plurimi et ed., *στρατιῶς* AΞDK m q; p. 468 E *ἐπὶ στρατείας* plur. et ed., *στρατιῶς* A m Vind. F Flor. a c α γ, *στρατείας* libri Theodoret. Ther. VIII p. 914; VI p. 498 C *στρατειῶν ἐκτὸς* *ΘΠ q r* edit., *στρατιῶν* ε. Asec. Dübn. Ξ m Par. DK Vind. EF Flor. a c α β, ceteri *στρατιῶν*. Quod vero in Tim. Lex. p. 200 legitur *Στρατιά. ἡ ἐνέργεια καὶ ὡσπερ πάλῃ* et *Στρατεία. τὸ τῶν στρατιωτῶν ὑπὸ ἑνα ἔπαρχον τάγμα* id ad lemmatum confusionem referendum esse puto, praesertim cum Suidas qui posteriorem glossam solam descripsit recte *Στρατιά* lemma tradiderit.

Haec haec hactenus de litterarum *ι* et *ει* permutationibus; alias eiusmodi obiter attingam. Nonnunquam igitur *ι* et *η* in Parisino aliisque confunduntur. Quod nullius momenti est in *Μηλησίου* pro *Μιλησίου* X p. 600 A vel in *ναυτηλίαν* pro *ναυτιλίαν* VIII p. 551 C vel in *ὀπεριφάνως* pro *ὀπερηφάνως* III p. 399 B, sed gravioris si suam quaeque forma significationem habere potest, ut in eis verbis quae ab eadem radice proficiscentia in-*έω* et-*ίζω* terminantur, velut *σωφρονέω* et *σώφρονίζω*, *εὐδαιμονέω* et *εὐδαιμονίζω* sim. In talibus docti quidam viri quaestionem quam implicatissimam reddunt non considerantes utrum sententiae accommodatum sit, sed quomodo longo circuitu

multisque ambagibus usi ad scripturam traditam redacti videantur. At hoc in genere quam proni in errores fuerint librarii alioqui diligentes ex Parisino eruitur, in quem exempli causa libr. IV p. 422D *ξυμπολεμίσαντες οὖν μεθ' ἡμῶν ἔχετε τὰ τῶν ἐτέρων* a prima manu irrepsit. Hunc errorem scriba ipse extemplo sustulit, alii vero usque ad nostram aetatem remanserunt. Sic Soph. p. 261C *λόγον . . λάβωμεν, ὃ ἐναργέστερον ἀπολογησώμεθα* omnium librorum auctoritate in vetustioribus editionibus circumlata sunt quoad Heindorfius *ἀπολογισώμεθα* in integrum restituit quod Bekkerus plerique perlibenter amplexi sunt, Schneiderus tamen ad Rep. X p. 607B in dubium revocavit. In eodem verbo scribae peccaverunt Rep. VI p. 490A: *Ἄρ' οὖν δὴ οὐ μετρίως ἀπολογησώμεθα, ὅτι πρὸς τὸ ὄν πεφυκὸς εἶη ἀμιλλᾶσθαι ὃ γε ὄντως φιλομαθῆς*. Hoc loco Socrates priusquam vulgi necessitatem pravitatis cuius philosophi iniuria accusentur demonstrare conetur, nonnulla indicia naturae vere philosophae in memoriam redigit. Audiamus, inquit, atque dicamus recordantes unde exorsi sumus, qualem qui honestus ac bonus sit futurus naturam habere necesse sit (p. 489E). Cuius partis extrema verba haec sunt (p. 490C): *Καὶ δὴ τὸν ἄλλον τῆς φιλοσόφου φύσεως τί δεῖ πάλιν ἐξ ἀρχῆς ἀναλαμβάνοντα τάττειν;* in quibus lectio Stephaniana ex Veneto *Ξ* sumpta *ἀναλαμβάνοντα* contra Schneiderum Hermannum qui *ἀναγκάζοντα* cum ceteris libris malunt a Wiegando in Ztschrft für Alterthumswiss. a. 1837 No. 107—9, a. 1835, 52—54 certis argumentis confirmata est. Quo enuntiato Socrates illam rem quam supra proposuerat adgressus accuratius dispicere studet, cur plerique omni improbitate infecti sint (p. 490D). Inde elucet verbis interiectis (p. 490A—D) nihil nobis exspectandum esse nisi philosophi definitionem consummatam; quod idem temporum praeteritorum formis p. 490A *ἤγειτο—ἦν οὕτω λεγόμενον* al. evincitur. Unde fieri non potest, ut philosophia iam illa parte adversus communem opinionem *defendatur*; id enim tantum Socratis interest insignia quaedam virtutis philosophae propria in animo menteque interlocutorum infixam manere. Vehementer igitur placet Madvigii coniectura Adv. I p. 424 qua legi iubemur p. 490A: *Ἄρ' οὖν δὴ οὐ μετρίως ἀπολογισώμεθα*. Eademque conficitur, ut optativi qui insequuntur ex linguae usu pervulgato adhibiti sint. Declarat igitur Plato ratione inita hominem discendi vere cupidum i. e. philosophum ea esse praeditum natura qua id quod est tendat assequaturque.

Etiam altero loco *ἀπολογίζεσθαι* pro *ἀπολογεῖσθαι* ponendum esse Hermannus Madvigijs adfirmant. *Ταῦτα δὴ ἀπολελογήσθω* (ait Socrates X p. 607B) *ἡμῖν ἀναμνησθεῖσι περὶ ποιήσεως, ὅτι εἰκότως ἄρα τότε αὐτὴν ἐκ τῆς πόλεως ἀπεστέλλομεν τοιαύτην οὖσαν· ὁ γὰρ λόγος ἡμῶς ἦρει*. Acute enim distinguens Hermannus Vol. IV p. XX, Videmus, inquit, *ἀπολογίζεσθαι* esse singillatim rationem reddere vel exputare, quod haud scio an *λόγου* notioni, quam Socrates mox urget, etiam magis quam simplex defensio

congruat (cf. Heindorf. ad Soph. p. 261 C, interpretes ad Dem. Timocr. 108, Bekker. Anecd. p. 430, 15). A Baïtero quoque ed. Tur. 3 ἀπολελογίσθω quia in Parisino Veneto II Flor. γ traditum sit textui insertum est.

Aliud huiusmodi exemplum libr. VII p. 518 B invenitur, ubi quod in bonis membranis A sec. Düb. ΦΞ in Lobc. Vind. F Mon. C οὕτω δὴ τὴν μὲν (sc. φυγὴν) εὐδαιμονήσκειν ἂν τοῦ πάθους τε καὶ βίου legitur omnes mendo [sublato εὐδαιμονήσκειν recte reposuerunt. Neque vero οἰκέω et οἰκίζω non confunduntur, ut II p. 370 E solum ΑΠΦ κατοικήσαι praebent et VIII p. 579 A omnes κατοικήσειε praeter deteriores Mon. q Vat. r Flor. c a β γ. Itemque δὴ particula interdum evanuit, sicut Parisinus III p. 402 D tradit: Τῶν διότι (pro δὴ διτι) μάλιστα τοιούτων ἀνθρώπων ὃ γε μουσικὸς ἐρφή ἂν. Ex quo apparebit Cobeti coniecturam (Var. Lect. ed. 2 p. 526) libr. I p. 336 B ὡς δὲ δὴ ἐπανασάμεθα (libri et edit. ὡς δὲ διεπανασάμεθα) καὶ ἐγὼ ταῦτ' εἶπον, οὐκέτι ἡσυχίαν ἦγεν sc. ὁ θρασύμαχος quod ad litteras attinet facillimam esse appellandam, eandem tamen sententia non commendari me demonstraturum spero. Sagacissimus enim ille vir haec addit: διαπαύομαι λέγων est intermitto orationem post aliquam moram denuo dicturus, quod ab hoc loco alienum est. Haec breviter dicta partim vera partim falsa sunt, quod utrumque divinus ille homuncionibus diligentius explorare permittat. Atque διαπαύεσθαι quidem et compositione et linguae usu intermittere significare potest. Adde liceat hoc verbum nisi a Platone imitatoribusque non ita frequentatum videri; nonnunquam tamen apud Xenophontem exstat, ut de Re eq. VII, 18 Ὅταν δὲ ἤδη δοκῇ τὸ γυμνάσιον τῷ ἵππῳ ἔχειν, ἀγαθὸν καὶ διαπαύσαντα (aliquanto quietis spatio intermisso) ὀρμηῆσαι ἐξαίφνης εἰς τὸ τάχιστον κτέ. Idem adhibet passivum vel medium cum substantivo coniunctum Hell. IV 4, 14 Ἐκ δὲ τούτου στρατιαὶ μὲν μεγάλαι ἐκατέρων διεπαύοντο . . . μισθοφόρους γε μὴν ἐκάτεροι ἔχοντες διὰ τούτων ἐρρωμένως ἐπολέμουν i. e. uterque exercitus quietem sibi sumpserat, mercenarii vero pugnare perseverabant. Similis est locus Plat. Politic. p. 257 C διαπαύσωμεν αὐτὸν (sc. Θεαίτητον) μεταλαμβάνοντες αὐτοῦ τὸν συγγυμναστήν τόνδε Σωκράτη; i. e. numquid ex longo conloquio Theaetetum se reficere iam sinemus vicissim adsumentes eius in re gymnastica socium? Ex his cognoscitur διαπαύειν esse facere, ut quis ab incepta re aliquanto post excipienda desistat. Eiusdem verbi exempla cum participio conexi perpauca expromi possunt, ex Platonis scriptis hoc solum Tim. p. 78 E: τὸ δὲ πλέγμα, ὡς ὄντος τοῦ σώματος μανοῦ, δύεσθαι εἴσω δι' αὐτοῦ καὶ πάλιν ἔξω (sc. ὁ θεὸς ἐποίησεν), τὰς δ' ἐντὸς τοῦ πυρὸς ἀκτῖνας διαδεδεμένας(?) ἀκολουθεῖν ἐφ' ἑκάτερα ἰόντος τοῦ ἀέρος, καὶ τοῦτο ἕως περ ἂν τὸ θνητὸν ξυνεστήχη ζῆον, μὴ διαπαύεσθαι γιγνόμενον. Haec ceteroqui multa caligine etiamnunc offusa extrema illustrari possunt. Neque enim dubium est quin respirationem et expirationem dum mortale animal consistat continuatas permanere significant. Ita

notione illius verbi definita nobis qualis nostro loco sententiarum nexus flagitet considerantibus Socrates paulo ante propositionem qua Polemarchus iustum esse amicos adiuvari, inimicos laedere adfirmavit refutaverat. Hanc orationis partem complexus, *Ἐπειδὴ... οὐδὲ τοῦτο* (inquit) *ἐφάνη ἡ δικαιοσύνη ὅν οὐδὲ τὸ δίκαιον, τί ἂν ἄλλο τις αὐτὸ φαίη εἶναι;* Haec locutum luce clarius est Socratem tacere non quod conloquendi et anquirendi finem imponere cupiat, sed quia novam iustitiae definitionem ex Polemarcho vel quolibet eorum qui adsunt elicere vult. Qui quoniam non habent quid respondeant, intervallum aliquod fieri aut statui saltem consentaneum est. Vix autem Socrates desierat cum Thrasymachus qui nisi a ceteris interlocutoribus prohibitus esset iam pridem sermonem interrupisset vultu ipso ferociam quandam vehementiamque ridiculam ostendens in Socratem bestiae more invehitur, ut oratio quae interrogatione proposita intermissa erat illum quidem in modum qui exspectatur non continetur, sed tamen post intercapedinem quamvis exiguam excipiatur. Cobeti igitur coniectura abiecta quod vulgatum est quodque rem accuratius indicare manifestum est *διεπασάμεθα* conservandum esse iudico.

Creberrime in *αὐτός αὐτοῦ αὐτοῦ αὐτῆ* similibusque vocibus a librariis peccatur. Quo in genere editores ad menda tollenda aliunde auxilium adferentes plerumque consentiunt, nonnullae tamen discrepantiae remanent. Huiusmodi quidquid in de Rep. libris reperitur disquirere lubet. Ac primum Glauco sophistarum quorundam de iustitiae origine opiniones referens natura dicit bonum quoddam esse iniuriam facere, accipere malum. Quod quia plerique homines effugere nequeant, hanc legem inter omnes constitutam esse, ut neque inferant neque accipiant iniurias. Tum pergit II p. 359 A: *καὶ ἐντεῦθεν δὴ ἄρξασθαι νόμους τίθεσθαι καὶ ξυνθήκας αὐτῶν.* Sic omnibus fere libris adversantibus Bekkerus recte scripsit, quia *αὐτῶν* ferri non potest, nisi forte *τίθεσθαι* in passivi notionem transisse opinaris. Quod quidem in *νόμους τίθεσθαι* et propter communem linguae usum durum videtur et quia *ἄρξασθαι* cum infinitivo passivi non construi solet (valde enim diversum est *ἤρχετο ἐξαγριάνεσθαι* I p. 336 D). Atque quod Hermannus qui quamquam Dübnerus ex Parisino *αὐτῶν* exaravit vulgatam lectionem retinuit ad hanc stabiliendam dixit ubi leges humano arbitrio institutae describerentur *ipsorum* significationem praevalere, id aliqua ex parte absonum videtur, quia homines legibus non tam arbitrio quam ex necessitate quadam constitutis ab iniuriis se defendere dicantur. Non male Flor. β *αὐτοῖς* exhibet, sed redolet grammatici doctrinam; quare hoc Stallbaumius Platoni intrudere non debebat. Contra I p. 344 A *τοῦτον* (sc. *τὸν μεγάλην δυνάμενον πλεονεχτεῖν*) *ὄν σκόπει*, *εἴπερ βούλει κρίνειν*, *ὅσῳ μᾶλλον· ξυμφέρει ἰδία αὐτῷ ἄδικον εἶναι ἢ τὸ δίκαιον ἰpsius* notionem praestare ratus cum Bekkero Schneidero ed. Lips. Stallbaumio Goth. Hermanno sentio; nam quamquam »Plato re-

flexivo nonnunquam ita utitur, ut subiecti quod grammatici vocant non habeat et eam personam ad quam aliquid refertur *ἑαυτὸν* dicat (cf. I p. 344 C: τὸ ἄδικον ἑαυτῷ λυσιτελοῦν τε καὶ ξυμφέρον, Leg. V p. 726 A al., Krüger. Gramm. § 51, 1. 6), hoc tamen loco multipotentem illum ipsi prae ceteris maximum lucrum facere dici opus erat. Schneiderus igitur ed. Par. Stallbaumius ed. stereot. Turicenses minus probe ex uno Parisino *ἰδίᾳ αὐτῷ* adsumpserunt. Aliter iudicandum est de libr. II p. 367 C: τὸ δὲ ἄδικον αὐτῷ μὲν ξυμφέρον καὶ λυσιτελοῦν, τῷ δ' ἦττονι ἀξύμφορον, ubi verbis insequentibus (τῷ δὲ ἦττονι) pronomen reflexivum flagitatur.

Plus difficultatis habet locus libr. III p. 413 C: Ὁ τοίνυν ἄρτι ἔλεγον, ζητητέον, τίνες ἄριστοι φύλακες τοῦ παρ' αὐτοῖς δόγματος, τοῦτο ὡς ποιητέον, ὃ ἂν τῇ πόλει ἀεὶ δοκῶσι βέλτιστον εἶναι αὐτοῦς ποιεῖν. In his verbis Parisinus secundum Dübnerum omnesque fere codices τοῦ παρ' αὐτοῖς δόγματος exhibent, quod Schneiderus solus conservat; at qua causa quod in optima civitate vigere oportet praeceptum iam bis commemoratum tale praedicandum sit ut huius ipsius proprium sit, neque ceteri editores, qui cum Monacensi q παρ' αὐτοῖς habent, perspexerunt neque vix quisquam perspiciet. Deinde ea quae sequuntur Hermannus ex Parisino (cf. Tur. ed. 2 p. XV) aliisque libris (IK v m) ita adsumpsit, ut αὐτοῖς ante ποιεῖν in αὐτοῦς verteret, alii, Bekkerus Schneiderus Stallbaumius Turicenses ed. 1. 2., extrema verba αὐτοῖς ποιεῖν abiecerunt, Gaisfordius denique in Stob. Floril. XXXXIII 152 (II p. 153 Mein.) et Cobetus Var. Lect. ed. 2 p. 529 a vocalis τοῦτο ὡς exorsi quia Plato eandem sententiam antea p. 412 DE bis melioribus verbis enuntiaverit omnia deleverunt. Atque his quidem nullo modo obtemperandum est; nam nonnulla quamquam deesse possunt et ab aliis et a Platone repetuntur; quod hic de industria factum esse puto; philosophus enim etiam atque etiam quid illud dogma postulet, quae officia custodibus eo imponantur commonefacere studet. Ut igitur haec suo iure posita esse mihi persuasum est, ita αὐτοῖς ποιεῖν qua ratione in textum devenerint vix explicari potest. Utrum vero Hermanno auctore αὐτοῦς an Baitero ed. Tur. 3 αὐτοῖς ad βέλτιστον relatum legendum sit diiudicare non audeo; attamen αὐτοῖς propter duplicem adiectivi βέλτιστον relationem tantum me offendit, ut αὐτοῦς probabilius existimem; cetera Meinekium recte sic restituisse iudico Stob. Flor. II p. 153: δόγματος, (τοῦ ὡς ποιητέον . . . ποιεῖν) τηρητέον δὲ κτέ.

A ceteris editoribus et a se ipso Stallbaumius ed. stereot. dissidet libr. IV p. 422 C Παθίως ἄρα ἡμῖν οἱ ἀθληταὶ ἐκ τῶν εὐλόγων διπλασίους τε καὶ τριπλασίους αὐτῶν μαχοῦνται; Is enim ex Parisino plurimisque αὐτῶν adscivit, quod cum propugnatorum paucitas multitudini adversariorum opponatur ipsiusque notio premenda sit nescio an magis idoneum sit. Eiusdem libri initio p. 419 D Stephanus pro δι' ἑαυτοῦς coniecit δὲ αὐτοῖς, Morgenstern. Comm. p. 215 not. 107 δὲ αὐτοῦς, quod utrumque Adimanti

venustam sententiam pervertere existimo. Socrates enim libr. III p. 415 E—417 B custodibus praeceperat ne in magnificis aedificiis habitarent neu fundos pecuniamque possiderent, sed ex communi quodam aerario vitam tolerantes pro civitatis salute summa pericula subirent. Ad haec Adimantus urbane respondet Socratem illis duriolem praescribere vitam, quod custodes quorum civitas sit bonis suis laboribus curisque comparatis ipsi frui vetentur. Perquam igitur lepide haec contradicit: *Τί... ἀπολογήσει, εάν τίς σε φῆ μὴ πάνυ τι εὐδαίμονας ποιεῖν τούτους τοὺς ἄνδρας καὶ τὰντα δι' ἐαυτοῦς κτλ.*; quae tamen si Schneiderus legitime posita atque ex oratione recta qua illi δι' ἐαυτοῦς οὐκ εὐδαίμονες εἶναι declararentur in obliquam transisse putat leniter errat, propterea quod Adimantus haec mente conceperat: *οὐ πάνυ τι εὐδαίμονας ποιεῖς τούτους τοὺς ἄνδρας*. Dicendum igitur erat quia custodes cogitarentur subiectum quod vocant logicum ἐαυτοῦς adhibitum esse.

Iam vero pronomem αὐτοῦς apud philosophos persaepe rem ab omnibus aliis abstractam et per se ipsam spectatam denotat, de quo usu imprimis Hermann. Opusc. I p. 308 sqq diserte locutus est. Huius vicem in codicibus genus femininum pronominis οὗτος aliquoties obtinet, ut Rep. I p. 343 A in Par. A¹ (sec. Dübn.) *ΞΦ t v* Lobe. Vind. E Flor. *a γ a b c αὕτη ἡ ἰατρικὴ ἐστὶ πονηρά, ἢ ἄλλη τις τέχνη ἔσθ' ὅτι προσδεῖται τινος ἀρετῆς* legitur, quod iam ante Astium in αὐτῇ correctum est, quoniam non haec vel illa medicina nominaretur, sed ars ipsa per se considerata. Haec ex eo quod subsequitur dilucidius fieri; Socratem enim pergere ἄρα καὶ ἐν αὐτῇ τῇ τέχνῃ ἐν τις πονηρία...; — Ib. p. 342 B in verbis *οὐδὲ προσήκει τέχνῃ ἄλλῃ τὸ ξυμφέρον ζητεῖν ἢ ἐκείνῃ οὗ τέχνη ἐστίν, αὐτῇ δὲ ἀβλαβῆς καὶ ἀκέραιός ἐστιν ὀρθὴ οὕσα* aliquot libri (*ΞΦ t r q²* Lobe. Flor. *a c b a*) αὐτῇ tuentur, plurimi αὕτη quo nihil ineptius cogitari potest; neque enim artem nisi nudam ex omnique relatione exemptam a Socrate integram et incolumem praedicari posse perspicuum est. Ut igitur Astius αὐτῇ pronomine Platonis manum redintegravit, ita Bekkerus in libr. VII p. 517 C: *φαίνεται, ἐν τῷ γνωστῷ τελευταία ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέα καὶ μόγις ὀρθῶσαι, ὀφθεῖσα συλλογιστέα εἶναι, ὡς ἄρα πᾶσι πάντων αὕτη ὀρθῶν τε καὶ καλῶν αἰτία, ἐν τε ὀρατῷ φῶς καὶ τὸν τούτου κύριον τεκοῦσα, ἐν τε νοητῷ αὐτῇ κυρία ἀλήθειαν καὶ νοῦν παρασχομένη κτλ.* In mundo igitur intelligibili quem philosophi appellant species sive idea boni est longe praestantissima; quae ubi semel cognita est omnis bonitatis ac pulchritudinis fons videatur necesse est. Quem ut ita dicam principatum ita obtinet, ut sole procreato res sub sensus cadentes alat regat servet, quae vero mente cognoscantur ea ad suum ipsius arbitrium tamquam moderetur veritatemque ac rationem largiatur. Quae si recte explicata sunt, Bekkerus, non codicum scribae audiendi sunt neque Iamblich. Protrept. c. 15 extr. Vix enim exempla reperias in quibus αὐτοῦς accuratius retineat conservetque primariam suam vim,

qua quis vel quid ab eo quod eiusmodi non sit discernatur (cf. Herm. Opusc. I p. 320 sq. ad Vig. p. 733).

Aliis vero locis pronomen demonstrativum librariorum culpa de suo iure cessit; cuius generis primum commemorare liceat libr. II p. 372 E: ταῦτα γὰρ δὴ τισιν, ὡς δοκεῖ, οὐκ ἐξαρκέσει οὐδ' αὖτε ἡ δίατα, ubi omnes codices αὐτῇ exhibent, sed certissimum est simplicem illam vivendi rationem quae p. 372 C descripta est intellegendam esse, deinde libr. VI p. 499 C: ἡ εἰρημένη πολιτεία καὶ ἔστι καὶ γενήσεται γε, ὅταν αὖτε ἡ μοῦσα (i. e. φιλοσοφία quae modo praedicata est) πόλει ἐγκρατὴς γένηται, ubi AΞ in Vind. E Flor. a c αὐτῇ praebent, tum libr. X p. 602 D: καὶ πᾶσα τις ταραχὴ δὴλη ἡμῶν ἐνοῦσα αὖτε ἐν τῇ ψυχῇ i. e. tota istiusmodi perturbatio animi quam ab arte imitatrice profectam Socrates singulis quibusdam rebus illustraverat p. 602 BC. Etiam hic in Parisino aliisque (ΞΦ in Flor. quinque Vind. EF) αὐτῇ occurrit. Et optimi libri scripturam Schneiderus in integrum primus restituit libr. IV p. 403 A scribens: Μείζω δὲ τινα καὶ δευτέραν ἔχεις εἰπεῖν ἡδονῆν τῆς περὶ τὰ ἀφροδίδια;... Ὁὐ προσοιστέον ἄρα αὖτε ἡ ἡδονή κτλ. Haec enim voluptas nulla est alia nisi quae antea ἡ περὶ τ. ἀ. nominata est. Scribae vero et in αὐτῇ et in genere neutro προσοιστέον haeserunt; pro illo enim alii αὐτῇ ἡδονή, alii αὐτῇ ἡ ἡδονή, alii αὐτῇ ἡδονῇ, Bekkerus autem et qui ante eum Rempublicam ediderunt αὐτῇ ἡδονῆν exhibent, pro hoc Monacensis q et Flor. β femininum προσοιστέα; at genus neutrum »notandum, non corrigendum« esse iam Heindorfius adscripsit ad verba θήρα προσρητέον, ὡς ὁ νῦν λόγος ἡμῶν συμβαίνει, σοφιστικῆ (Soph. p. 223 B); plura id genus Stallbaumius ad Phil. 57 A Rep. 403 A et Kühnerus Gramm. ed. 2. § 427 conlegerunt. — Etiam V p. 460 C Parisini Vind. E lectionem meliorem esse iudico quam quae Bekkero Stallbaumio ed. Goth. 2 placuit. Ὀδοῦν καὶ τροφῆς (ait Socrates) οὔτοι (sc. οἱ ἄρχοντες) ἐπιμελήσονται τὰς τε μητέρας ἐπὶ τὸν σῆκὸν ἄγοντες... καὶ ἄλλας γάλα ἐχούσας ἐκπρορίζοντες, ἐὰν μὴ αὐταὶ ἰκαναὶ ᾖσι; Quid? Nonne matres puerorum ab aliis feminis lacte turgentibus apparet discerni, quae si ipsas lac defecerit nutriendi muneri vicariae succedant? Atque si pronomen demonstrativum admitteretur, nonne secundum communem linguae usum ἐκεῖναι ponendum erat? Quibus de causis Schneiderus αὐται per se parum commodum esse contendere debebat. — Huic contrarium errorem in omnibus codicibus editionibusque latere puto libr. II p. 374 E. Eis enim quae antecedunt quominus ceteri cives rem militarem diligenter exerceant illud prohibere explicatur, quod in suo quisque negotio versatus arti bellicae tempus operamque impendere non possit (p. 373 D—374 C). Muneris militaris necessitate ita demonstrata qualis eorum qui civitatis libertatem atque securitatem defendant indoles esse debeat Plato hunc in modum disquirere instituit: Ὀδοῦν... ὁσφ μέγιστον τὸ τῶν φυλάκων ἔργον, τοσοῦτον σχολῆς τε τῶν ἄλλων πλείστης ἂν εἶη καὶ αὐτῆς τέχνης τε καὶ ἐπιμελείας μεγίστης δεόμενον. — Οἶμαι ἔγωγε, ἦ δ' ὅς. — Ἄρ' οὖν οὐ

καὶ φύσεως ἐπιτηδεΐας εἰς αὐτὸ τὸ ἐπιτήδευμα; — Πῶς δ' οὐ; — Ἡμέτερον δὲ ἔργον ἂν εἴη... ἐκλέξασθαι τίνες τε καὶ ποῖαι φύσεις ἐπιτήδεια εἰς πόλεως φυλακὴν. Frustra circumspicies a qua re vel persona pars illa custodum distinguenda sit, nisi forte a natura, quae tamen huic ipsi accommodata sit necesse est. Mihi quidem hoc loco ipsius notionem ferri non posse persuasum est, sed consentaneum videtur indolem illam ad studium quod modo descriptum est referri, ut εἰς τοῦτο τὸ ἐπιτήδευμα scribendum esse iudicem. Ἐπιτηδεύματος igitur voce idem fere significatur atque ἔργου, sed quia Socrates naturam ἐπιτηδεΐαν nominat, substantivum, quod potestatem habet illi simillimam, idque lepidissime ad adiectivum transformatum additur.

Ab editoribus discedendum est etiam libr. II p. 370 E, quo loco philosophus ut urbi quam effinxit non solum agricolarum, fabrorum, pastorum, sed etiam aliorum id genus hominum auxilio opus esse demonstrat haec dicit: Οὐδέ γε... σμικρὰ πόλις ἂν εἴη ἔχουσα πάντα ταῦτα. — Ἀλλὰ μὲν... κατοικίσαι γε αὐτὴν τὴν πόλιν εἰς τοιοῦτον τόπον, οὐ ἐπειραγωγίμων μὴ δεήσεται, σχεδὸν τι ἀδύνατον. Ipsius enim notio in quamcumque partem accipitur prava videtur. Neque enim haec civitas ab aliis neque tota a singulis ipsius partibus discernitur. Si vero quod fieri potest urbem interpretari libet summam quandam omnium hominum, ex illis verbis haec fere elicias: Atqui incolae ipsi in ea terrae regione conlocari nequeunt in qua sibi ipsis sufficiant rebusque importandis facile careant, quasi vero Socrates antea non de civibus, sed vel de aedificiis vel de rebus quae moveri possunt vel de animalibus disseruerit. Neque quicquam rationis interpretationes germanicas afferre ipse conligas ex his Mülleri verbis: »Auch diesen Staat selbst in einer Gegend zu gründen etc.« vel Wiegandi: »Ferner den Staat an und für sich in solcher Gegend anzubauen etc.« (ceteri αὐτὴν vocem praetermittere maluerunt). Ex editoribus autem unus Stallbaumius ed. Goth. 2 αὐτὴν non passus adnotavit: »Hic quid αὐτὴν significet, non exputamus. Legendum videtur κατοικίσαι γε αὐτὴν τὴν πόλιν κ. τ. λ.« Hanc correctionem quominus accipiam imprimis impediatur quod particula αὐτὴν eis oculis adiuncta est quibus argumentationis progressus significatur ἀλλὰ — μὲν — γε. Fortasse scribendum est ταύτην τὴν πόλιν i. e. eam urbem quam condituri sumus vel de qua agitur vel hanc nostram urbem.

Etiam libr. III p. 391 D pronomen αὐτὸς depravatum puto, ubi Socrates ne custodum reverentia oboedientiaque imminuatur neu immodica cupiditas suscitetur narrationes de heroibus atque deis a poetis fictas reprehendit optimamque civitatem a periculo quod inde in omnes iuvenes intenditur prohibere studet. Μηδ' (inquit) ἐῷμεν λέγειν, ὡς Θησεὺς Ποσειδῶνος υἱὸς Πειρίθου τε Διὸς ὤρμησαν οὕτως ἐπὶ δεινὰς ἄρπαγὰς, μηδέ τινα ἄλλον θεοῦ παῖδά τε καὶ ἥρω τολμῆσαι ἂν δεινὰ καὶ ἀσεβῆ ἔργασασθαι, οἷα νῦν καταφύδονται αὐτῶν· ἀλλὰ προσαναγκάζωμεν τοὺς ποιητὰς ἢ μὴ τούτων αὐτὰ ἔργα φάναι ἢ τούτους μὴ εἶναι θεῶν παῖδας. In quibus non opera ipsa intellegi

posse articulo omissio confirmatur; nihil enim valent exempla huiusmodi: Theaet. p. 175 C εἰς σκέψιν αὐτῆς δικαισύνης τε καὶ ἀδικίας vel Rep. II p. 363 A: αὐτὸ δικαισύνην ἐπαινοῦντες, ἀλλὰ τὰς ἀπ' αὐτῆς εὐδοκίμῆσεις aliaque a Stallbaumio congesta, ubi pronomine αὐτὸς notio abstracta ut ita dicam indicatur. Alia igitur ratione res expedienda erit. Atque si sententiam omni negatione nudatam perpendimus hoc alterutrum enucleamus: aut nefaria ista atque impia facinora ab heroibus commissa sunt aut ipsi deorum filii declarandi. Inde Platonem illo pronomine δεινὰ καὶ ἀσεβῆ quae voces antea adhibitae sunt complecti voluisse patet. Ex interpretibus vero quos pronomen gravissimi maximique esse momenti non effugere potuit Stallbaumius ad grammaticos se recipit adnotatque: »De usu pronominis αὐτὰ pro quo ταῦτα exspectes vide Matth. Gramm. §. 469, 8.« Sed rem accuratius examinantibus nec regula nec exempla ab illo grammatico proposita in hunc locum videntur quadrare. Attulit enim Eur. Troad. v. 669 (Kirchh.) ἀπέπτυσ' αὐτὴν, ἣ τις ἄνδρα τὸν πάρος | καυοῖσι λέκτροις ἀποβαλοῦσ' ἄλλον φιλεῖ, Iph. Aul. v. 1025 ἦν δ' αὐτὰ μὴ πράσσωμεν ἂν ἐγὼ θέλω, | ποῦ σ' αὐθις ὀφόμεσθα; Plat. Theag. 123 D ἄρ' οὐκ αὐτῆ (nunc rectius αὐτῆ cum Parisino F), ἢ πλοίων ἐπιστάμεθα ἄρχειν; Ex his facile apparet αὐτὸς tamquam pro οὗτος pronomine sic conlocari, ut pronomen relativum subsequatur. Adsumantur haec quae ipse conlegi similia: Xen. mem. III 10, 14: Εἴρηκας . . αὐτό, δι' ὅπερ ἔγωγε τὰ ἐμὰ ἔργα πλείστου ἄξια νομίζω εἶναι, Thuc. VII 34, 6 νομίσαντες δ' αὐτὸ οὐχ ἡσᾶσθαι, δι' ὅπερ οὐδ' οἱ ἕτεροι νικᾶν, Dem. IX 63 οἱ δ' ἐν αὐτοῖς οἷς χαρίζονται Φιλίππῳ συμπράττουσαν, Plat. Charm. 166 B ἐπ' αὐτὸ ἦκει ἐρευνῶν ὅτῳ διαφέρει πασῶν τῶν ἐπιστημῶν ἢ σωφροσύνη, Phaedr. p. 273 A: Αὐτὰ γε-διελήλυθας ἂ λέγουσαν οἱ-τεχνικοὶ κτλ., Rep. II p. 362 D αὐτὸ . . . οὐκ εἴρηται, ὃ μάλιστα ἔδει ῥηθῆναι, cf. Lys. p. 204 B, Isae. 9, 7. In omnibus his locis pronomen αὐτὸς relativum ita praeparat, ut ipsius notionem satis cognoscamus; contra relativo pronomine antegresso αὐτὸς nullam habet vim nisi quod res de qua agitur in memoriam revocatur. Sic δι' αὐτὸ a Thucydide usurpatur cf. Krüger. not. ad I 2, 1 aliaque eiusdem modi exempla Kühn. Gramm. II § 468, 4 largitur. Restat, quantum ego video, hoc unum Platonicum Hipp. mai. p. 295 B: νῦν δὲ θέασαι αὐτὸ εἴ σοι δοκεῖ εἶναι τὸ καλόν, in quo significationem demonstrativam Heindorfius statuit. At mihi quidem non dubium videtur quin αὐτὸ ad τὸ καλὸν pertineat pulchrumque per se spectatum denotet, quod evincunt proxime sequentia λέγω δὴ αὐτὸ εἶναι. Quare Hermannus ne illud quidem in αὐτὸ δ' corrigere debebat. Quod si haec recte disputata sunt illi loco unde digressi sumus explicandi via subveniri posse negemus; refugiamus igitur eo ut αὐτὰ alterum pronomen de loco demoverit. Utrum vero ταῦτα an τοιαῦτα verum sit diiudicare haud ita difficile erit; neque enim ἢ μὴ τούτων ταῦτα ἔργα ferri puto et Plato de eadem re paulo infra (p. 391 E) hisce verbis utitur: πᾶς γὰρ ἑαυτῷ ξογγνώμην ἔξει κακῶ ὄντι, πεισθεὶς ὡς ἄρα τοιαῦτα πράττουσί

τε καὶ ἔπραττον καὶ οἱ θεῶν ἀγγίσποροι. Scribendum igitur est p. 391 D: ἢ μὴ τούτων τοιαῦτα ἔργα φάναι κτλ.

Sequitur, ut ad eiusdem pronominis formas articulo praefixo coagmentatas transeam; neque enim rarius ταῦτα similibusque formis ταῦτα aliaque huius generis a librariis substituuntur. Quare quod olim libr. V p. 469 B legebatur ταῦτα δὲ ταύτη νομοῦμεν, ὅταν τις γήρα ἢ τινι ἄλλῳ τρόπῳ τελευτήσῃ, Astius in ed. sec. in ταῦτα δὲ ταύτη transcripsit, quod quamquam optimi codices refragantur posteriores iure conservaverunt. Nam in talibus rebus libris manu scriptis nulla fides habenda est. Mendosior videtur locus libr. VII p. 515 B: Τί μήν; — Εἰ οὖν διαλέγεσθαι οἱοί τ' εἶεν (int. οἱ δεσμῶται) πρὸς ἀλλήλους, οὐ ταῦτα ἡγεῖ ἂν τὰ παρόντα αὐτοῦς νομίζεν ὀνομάζειν ἄπερ ὀρῶεν; — Ἀνάγκη. In extremis verbis utrum cum A m Vind. EF Flor. a c γ x (Φ exhibet ταῦτα sine ullo accentu) et Hermanno Tur. ed. 3 Stallbaumio ed. Goth. 2 ταῦτα an ταῦτα cum ceteris probandum sit an tertium quiddam, Vermehren. Plat. Stud. p. 103—106 explorare conatus universam causam huc deducit: »Es bedarf... keiner gewaltsamen Aenderung, das Räthsel scheint mir vielmehr durch Vertauschung eines einzigen Buchstaben zu lösen, durch Schreibung von οὐκ αὐτὰ für οὐ ταῦτα; denn nun entsteht ohne Vieldeutigkeit der Sinn: glaubst du nicht, dass sie in ihrer Lage die vorüberziehenden Gegenstände selbst zu benennen meinen würden, die sie ihrer Meinung nach sähen.« In qua explicatione id potissimum mihi displicet quod enuntiatio relativa ἄπερ ὀρῶεν non modo nihil ad sententiam illustrandam adfert, sed etiam omnia perturbat. Res enim quae conspiciuntur adeo non sunt res ipsae ut philosophus sicut antea occasione data nunc quoque illis verbis hoc ipsum contendere iudicandus sit. Dixerat enim p. 515 A vinctos illos de semet ipsis et inter se (ἐαυτῶν τε καὶ ἀλλήλων) nihil aliud videre nisi umbras ipsorum conservorumque ab igne in adversam speluncae partem incidentes. Idem de rebus immobilibus, ut ita dicam, quae praeterferuntur elocutus, Quid vero? inquit, quod si inter se conloqui possent quasnam eos cuique rei quae praeterlaberetur denominationes imposituros esse censes? Nonne eas quae cuique quatenus sub aspectum veniret accommodatae viderentur esse, quae tamen fortasse ne indicarent quidem quae cuiusque natura et veritas esset? Revera igitur umbras rerum denominabunt vincti, quoniam rerum ipsarum vim ac naturam perspectam non habent; nihilominus se res ipsas appellavisse putabunt, ut pro istorum cognoscendi condicione eadem nomina de rebus quae oculis subiciuntur i. e. de umbris atque de rebus ipsis verisque adhiberentur. Hanc esse eorum verborum quae supra commemorata sunt sententiam inde elucet quod paulo infra hinc efficitur: Παντάπασι δὴ... οἱ τοιοῦτοι οὐκ ἂν ἄλλο νομίζοιεν τὸ ἀληθὲς ἢ τὰς τῶν σκευαστῶν σκιάς. Nam cum vincti nihil aliud videant nisi umbras (p. 515 A οἱοί ἂν τι ἑωρακέναι ἄλλο πλὴν τὰς σκιάς...;) neque quicquam aliud nominent neque cuiquam alij rei vel personae loquendi facultatem tribuant

nisi *παριοῦση σκιᾷ* (515 B), ex his tribus propositionibus id universum cogitur illos quae vera sint cognoscere non posse. Unde etiam in nostro loco rebus tantum quatenus umbras faciunt nomen dari aliquo modo significandum erat. Quod secus perficitur si *ταῦτα* (*ταῦτά* ne liceat quidem poni) obiectum quod vocant directum infinitivi *ὀνομάζειν* interpretamur; nam sive *ταῦτα τὰ παριόντα οἱ δεσμιῶται νομίζοιεν ἂν ὀνομάζειν ἄπερ ὀρῶεν* sive *ταῦτα ἄπερ ὀρῶεν οἱ δεσμιῶται νομίζοιεν ἂν ὀνομάζειν τὰ παριόντα* coniungis neutra sententia stare potest. Neque quod relinquitur tertium *ταῦτα τὰ παριόντα ἄπερ ὀρῶεν κτλ.* molestiam habet parvam. Ea enim verborum complexione probata haec consequimur: Vinciti illi quaecumque videant praetereuntia his se nomina dare opinabuntur. Quae tum demum recte intellegantur cum *τὰ παριόντα* idem valeat atque *αἱ παριοῦσαι σκιαί*; quod quamquam per se fieri potest, tamen hoc loco admittere reformido quia in universa hac descriptione participia verborum cum praepositione *παρὰ* compositorum nullo substantivo adiecto ad res personasque *ίψας* quae quidem iuxta maceriam exstructam (p. 514 B) versantur vel aliquid facessunt pertinent, ut 515 A *οἱ παραφέροντες*, 515 B *τὰ παραφερόμενα* et *οἱ παριόντες*, 515 D al., atque quia sicut in prima et tertia propositione (*vident enim οὐδὲν ἄλλο πλὴν τὰς σκιάς τὰς... προσπιπτούσας, τὸ φθεγγόμενον* autem *οὐδὲν ἄλλο ἠγοῦντο ἂν ἢ τὴν παριοῦσαν σκιάν*) sic etiam in secunda eandem rem accuratius declarandam esse existimo. Inde huc deducimur, ut *ταῦτά* ad quod extrema verba *ἄπερ ὀρῶεν* respiciant obiecti praedicativi loco habeamus atque *ὀνομάζειν ταῦτά* eodem modo explicemus quo *τοῦτο ὀνομάζειν* similia. Cuius rei haec sufficient exempla Platonica: Conv. p. 212 C Socrates, *Τοῦτον οὖν τὸν λόγον* (inquit) .. *εἰ μὲν βούλει, ὡς ἐγώ μιν εἰς Ἐρωτα νόμισον εἰρησθαι, εἰ δέ, ὅ τι καὶ ὅπη χαίρεις ὀνομάζων, τοῦτο ὀνόμαζε*, Leg. IV p. 704 A: *λέγω δὲ οὐδὲν τι τοῦνομα αὐτῆς ἐρωτῶν ὅ τι ποτ' ἔστι τὰ νῦν, οὐδ' εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ὅ τι δεήσει καλεῖν αὐτήν* (sc. *τὴν πόλιν*), Crat. p. 406 AB: *Ἀητῶ δὲ ἀπὸ τῆς πρῶτης τῆς θεοῦ, ... πολλοὶ γὰρ Ἀηθῶ καλοῦσιν· ἔοικεν οὖν .. Ἀηθῶ κεκλησθαι ὑπὸ τῶν τοῦτο καλούντων* i. e. ab iis qui Latonam hoc nomine appellant, Phaed. p. 105 D: *τὴν τοῦ ἀρτίου ἰδέαν τί νῦν δὴ ὀνομάζομεν*; cf. ib. 105 E 104 A Menex. p. 138 C Crat. p. 383 B al. Qua re verba *τὰ παριόντα ὀνομάζειν ταῦτά κτλ.* significant *quidquid rerum ipsarum praeterlabatur id eodem modo appellari quam quo spectentur*. Cumque vinciti imagines tantum rerum conspiciant, his solum nomen re vera indunt. Hanc omnium optimam esse explicandi rationem ratus Hermannus Stallbaumio ed. Goth. legentibus οὐ *ταῦτά ἡγεῖ ἂν τὰ παριόντα αὐτοὺς νομίζοιεν ὀνομάζειν, ἄπερ ὀρῶεν* adsentior, fatendum tamen est breviloquentiam quandam statuendam esse, quae Isocrateo loco (X, 23): *Ὅ γὰρ μόνον τοῖς ὅπλοις ἐκοσμήσαντο* (sc. *Ἡρακλῆς καὶ Θησεύς*) *παραπλησίως, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἐχρήσαντο τοῖς αὐτοῖς* (= *τὰ ἐπ. οἷς ἐχρήσαντο ἦν τὰ αὐτά*) similibusque a Krügero Gramm. § 57, 3. 5 adlatis haud scio an excusetur. Deinde ut ceteras verborum illorum

difficultates commemorem τὰ παρόντα quod in omnibus codicibus Florentino *a* excepto invenitur a Schneidero aliisque defenditur. At bene Stallbaumius: »Quod homines illi dicuntur nominare, non est praesens aliquid (παρόν), sed praetervolans rerum umbra. Adversatur tamen Schneiderus, qui τὰ παρόντα (vel ὄντα) ideo putat requiri, quia Socrates quaerat, an illi haec, quae viderent, tamquam res praesentes, non tamquam umbras essent appellaturi. Quod valde ineptum est.« Ac mihi quidem verbis sequentibus τὴν παροῦσαν σκιάν (515 B), τὰ παρόντα (516 C) al. conlatis res ipsa τὰ παρόντα videtur flagitare. Quod vero libri παρόντα habent eum non deterrebit ab altera lectione accipienda qui et quae supra p. 6 sq. enarrata sunt in memoriam revocaverit et adiunxerit etiam p. 515 B τὴν παροῦσαν σκιάν in Vindobonensem *Φ* et Vaticanum *m*, qui cum Parisino semper fere congruunt, atque X p. 620 C ζητεῖν φυγὴν (sc. τὴν Ὀδυσσεύως) περιῦσαν in Venetum *Ξ* Vind. *Φ* Par. D Vat. *m* al. irrepsisse. Tum coniunctio verborum νομίζειν ὀνομάζειν nonnullis dedit tamquam ansam ad reprehendendum suspicandumque. Madvigius enim Adv. I p. 426 in eandem delapsus mutationem quam Vermehr. proposuerat (οὐκ αὐτὰ pro οὐ ταῦτα) ita pergīt: »Sed vereor, ne aliud lateat mendum scripseritque Plato: οὐκ αὐτὰ ἡγεῖ... νομίζειν ὀνομάζειν ὀνομάζοντας ἄπερ ὀρῶεν; aut ὀνομάζειν, ὀνομάζειν δ' ἄπερ ὀρῶεν;« Quod vir doctissimus requirit id etsi non absonum at pro codicum tamen codicione parum probabile est. Facilius sane esset quod Peipersius Philol. Anz. 1871 p. 353 excogitavit νομίζειν δεῖν ὀνομάζειν aut νομίζειν καὶ ὀνομάζειν dummodo plus adipisceremur ad intellegendum. Male vero evenit Cobeto Var. Lect.² p. 531. »Dittographia,« inquit, »est p. 515 B οὐ ταῦτα ἡγεῖ ἂν τὰ παρόντα αὐτοὺς νομίζειν [ὀνομάζειν] ἄπερ ὀρῶεν; Solent νομίζειν et ὀνομάζειν inter se confundi; nunc utrumque coniunctum est, sed utrum verum sit nulla potest esse dubitatio.« Finge quibus cancellis νομίζειν verbum circumdandum vir doctus praeceperat eis hypothetarum errore ὀνομάζειν circumclusum esse. Num illum censes oblitum esse ubi hac protasi praemissa εἰ οὖν διαλέγεσθαι οἷοί τ' εἶεν vinctos rebus oculis subiectis nomina imposituros esse philosophus certe indicaverit in apodosi appellandi notionem ab omnibus desiderari? At ne alterum quidem verbum expungendum est. Quod quidem quamvis minus necessarium consulto adiunctum puto. Sic enim Plato victorum opiniones vanas omnique veritate carentes etiam atque etiam significare voluit, quod idem non evanescit, si cum Stallbaumio eam vim τῷ νομίζειν tribuis, ut sit *constituere, in morem recipere, lege sancire, solere*. Ceterum nostrum scriptorem credendi notionem frequentare ex multis haec exempla illustrent: Rep. libr. IX p. 584 D: Οἷεσι οὖν ἂν τινα ἐκ τοῦ κάτω φερόμενον πρὸς μέσον ἄλλο τι οἷεσθαι ἢ ἄνω φέρεσθαι; καὶ ἐν μέσῳ στάντα... ἄλλοθί που ἂν ἡγεῖσθαι εἶναι ἢ ἐν τῷ ἄνω...; Μὰ Δί', οὐκ ἔγωγε, ἔφη, ἄλλως οἷμαι οἰηθῆναι ἂν τὸν τοιοῦτον. VII p. 530 A: Τῷ ὄντι δὴ ἀστρονομικόν... ὄντα οὐκ οἷεσι ταῦτόν πεῖσεσθαι...; νομίζειν μὲν, ὡς αἰὼν τε... τὴν δὲ νυκτὸς πρὸς

ἡμέραν ξυμμετρίαν . . . οὐκ ἄτοπον, οἷε, ἡγήσεται τὸν νομίζοντα γήνεσθαι τε ταῦτα ἀεὶ ὡσαύτως καὶ οὐδαμῆ κτλ. Conv. p. 173 D: ὅμοις ἐμὲ ἡγεῖσθε κακοδαίμονα εἶναι, καὶ οἷομαι ὅμοις ἀληθῆ οἷεσθαι, Rep. VII p. 515 B: οἷετι ἂν ἄλλο τι αὐτοὺς ἡγεῖσθαι τὸ φθεγγόμενον ἢ τὴν παριοῦσαν σκιάν; Quae cum ita sint, Hermannum illum locum recte constituisse arbitror.

In ea parte qua et blandam istam popularis imperii ostentationem gloriamque et singulorum civium summam licentiam Socrates multa cum acerbitate perstringit Paris. A Vind. Φ Vat. m tresque Flor. haec exhibent VIII p. 558 A: ἄρ' οὐ θεσπεσία καὶ ἠθεῖα ἢ αὐτῆ διαγωγῆ ἐν τῷ παραντίκα; — Ἴσως, ἔφη, ἐν γε τούτῳ. At cum omnia quae p. 557 DE exposita sunt his verbis comprehendantur iam ante Astium pro ἢ αὐτῆ pronomine ἢ τοιαύτη insertum est ab omnibusque interpretibus probatum.

Idem pronomen incuria scribarum inculcatum est verbis libr. V p. 454 B: Τὸ μὴ τὴν αὐτῆν φύσιν ὅτι οὐ τῶν αὐτῶν δεῖ ἐπιτηδεύματων τυγχάνειν πάνυ ἀνδρείως τε καὶ ἐριστικῶς κατὰ τὸ ὄνομα διώκομεν, ἐπεσκεψάμεθα δὲ οὐδ' ὄπῃ οὖν τί εἶδος τὸ τῆς ἐτέρας τε καὶ τῆς αὐτῆς φύσεως κτλ. Haec vulgata lectio uni Veneto Ξ debetur, reliqui libri Galenus Ficinus μὴ omittunt. Quam quidem lectionem falsam esse apertum est. Nam Socrates postquam optimae civitatis rectoribus praecepit, ut mulieribus ad easdem res ac maribus uterentur, adversarium quendam obicientem inducit ipsum normam ad quam quidque in urbe condenda dirigendum esset admodum deformavisse. Nam cum professus esset unumquemque quae sua esset propria facultas unum tantum agere oportere, tunc ipsum naturae femineae atque virili quae mirum quantum inter se differrent eadem opera, eadem negotia imposuisse (p. 453 B sq.) Πῶς οὖν (ait iste p. 453 C) οὐχ ἁμαρτάνετε νῦν καὶ τὰναντία ὁμῖν αὐτοῖς λέγετε, φάσκοντες αὐ τοὺς ἀνδρας καὶ τὰς γυναῖκας δεῖν τὰ αὐτὰ πράττειν πλείστον κεχωρισμένην φύσιν ἔχοντας; cf. II p. 370 B 374 B al. Socratem igitur sua quadam ipsius lege neglecta feminas pariter atque viros arte musica et gymnastica erudiendas curavisse. Ad haec philosophus et alia et illud respondet a se ipso non esse investigatum quaenam nunc intelligatur diversitatis forma ac species neque quorsum ea spectet; qua re accuratius definita ea quae contra dicta sint perperam iudicata fore. Haec cum universa sententia flagitentur, ea verba quae in optimis codicibus tradita sunt Τὸ τὴν αὐτῆν φύσιν ὅτι οὐ τῶν αὐτῶν δεῖ κτλ. corrupta sint necesse est, quoniam Socrates disputandi rationem, non principium ipsum unde oratio ducta est vituperat. Normam enim, inquit, illam qua ut suum quisque, non alienum obiret et administraret munus constituimus arte eristica potius quam dialectica in dicendo usi in verbisque unice haerentes persequimur (πάνυ ἀνδρείως τε καὶ ἐριστικῶς κατὰ τὸ ὄνομα διώκομεν). Quam ob causam aut ad verba τὴν αὐτῆν φύσιν negandi notionem accedere aut ante τῶν αὐτῶν deesse necessarium videtur; hoc probabilitate caret, illud veteres editores atque ex recentioribus complures μὴ particula

ex Veneto inserta se consecuturos esse crediderunt. Quod quia non hanc, sed eandem negandi formam quae ad insequens τῶν αὐτῶν adiecta est expectemus, Stallbaumius illud μὴ τὴν αὐτὴν φύσιν idem esse docet quod εἰ μὴ ἢ αὐτὴ φύσις ἐστίν. Quae explicatio quamvis callide excogitata vereor ut ferri queat, praesertim cum ea non perficiatur nisi constructione satis languida et contorta. Quid? Proponisne οὐ τὴν αὐτὴν φύσιν? Credo nisi quid magis idoneum iam pridem inventum esset. Nam notiones τοῦ ἐτέρου et τοῦ αὐτοῦ ita contrarias esse ut quod sit ταῦτόν non sit θάτερον et ex aliis Platonis dialogis et ex nostro cognitum habemus. Quae res hoc loco magni momenti est; haec enim duo opponuntur et p. 453B: τί εἶδος τὸ τῆς ἐτέρας τε καὶ τῆς αὐτῆς φύσεως et p. 454C: τότε οὐ πάντως τὴν αὐτὴν καὶ τὴν ἐτέραν φύσιν ἐπιθέμεθα et p. 455A: πρὸς τίνα τέγγην ἢ τί ἐπιτήδευμα... οὐκ ἢ αὐτὴ, ἀλλὰ ἐτέρα φύσις γυναικὸς τε καὶ ἀνδρός; Atque cum in hac disputationis parte saepius notioni τοῦ ἐτέρου substituatur ὁ ἄλλος, velut p. 453E ὁμολογοῦμεν γὰρ δὴ ἄλλην φύσιν ἄλλο θεῖν ἐπιτηδεύειν, γυναικὸς δὲ καὶ ἀνδρὸς ἄλλην εἶναι· τὰς δὲ ἄλλας φύσεις τὰ αὐτὰ φαμεν οὐδὲν θεῖν ἐπιτηδεύσαι· ταῦτα ἡμῶν κατηγορεῖτε; temperare mihi non possum quin coniecturam Baiterianam Τὸ τὴν ἄλλην φύσιν κτλ. Hermanno Müllero praeceutibus facillimam verissimamque iudicem.

Idem pronomem Hermannus restituit libr. V p. 477B scripsitque: Ἄρ' οὐδὲν λέγωμέν τι δόξα εἶναι; Πῶς γὰρ οὐ; Πότερον ἄλλην δύναμιν ἐπιστήμης ἢ τὴν αὐτὴν; Ἄλλην. Ἐπ' ἄλλῃ ἄρα τέτακται δόξα καὶ ἐπ' ἄλλῃ ἐπιστήμη, κατὰ τὴν ἄλλην δύναμιν ἑκατέρα τὴν αὐτῆς. Οὕτω. Codicum alius aliud traditum habet: ΘΠΦ DK οὐ ἐπιστήμη ἢ κατὰ τὴν αὐτὴν δύναμιν ἑκατέρα, m Vind. E Florent. quinque ἐπιστήμη κατὰ τὴν αὐτὴν δύναμιν ἢ κατὰ τὴν αὐτὴν δύναμιν ἑκατέρα quod in vetustioribus editionibus circumferbatur. Praeterea articuli forma quae antegreditur αὐτῆς fluctuat, ΘΦ v Lobc. Vind. D exhibent τῆς, pro pronomine denique reflexivo determinativum in Φ Lobc. Vind. DF deterioribusque invenitur. Ex hac farragine Astius ed. 2. ἐπιστήμη κατὰ τὴν αὐτὴν δύναμιν ἑκατέρα τὴν αὐτῆς selegit, quam lectionem postea Parisino Monacensi q Flor. β confirmatam etiam Bekkerus recepit. Qua cum sententiae nullo modo satisfactum esset, Schneiderus illud αὐτὴν ante δύναμιν positum omittere maluit, quod Schleiermacher. Stallb. Tur. ed. 1 et 2 Wiegand. alii comprobaverunt. Neque infitandum est αὐτὴν vix intellegi posse; nam et paulo ante et p. 478A: ἐφ' ἐτέρῃ ἄρα ἕτερόν τι δυναμένη ἑκατέρα αὐτῶν (sc. δόξα et ἐπιστήμη) πέφυκεν opinionem alteram facultatem, non eandem atque scientiam philosophus appellavit. Plenior vero perfectiorque sententia evadit mutatione ab Hermanno proposita, quippe qua non modo ea quae in optimis codicibus nobis occurrunt accuratius repraesententur, sed etiam, qua re aegre careas opinionem et scientiam secundum suam quamque diversam ab altera vim habere exprimat. Recte igitur Hermannus: «αὐτὴν non intrusum, sed corruptum est ab eo qui praegnantiam dictionis non intellexit.»

Mitto quod in Parisino *αὐτὸν* semel libr. VIII p. 567 B *ὀξέως ἄρα δεῖ ἴρῶν αὐτὸν* (i. e. τὸν τύραννον) abiit in *ἀστὸν*, leviter hoc loco perstringam ea exempla in quibus *αὐ* et τὸ reliquaeque articuli quem vocant formae a librariis in *αὐτὸ* cet. contractae sunt. Quo in genere Heindorfius ad Soph. p. 262 A *ἔν τε ταῖς κατ' οἰκίαν πράξειςιν . . . καὶ ἐν αὐ τοῖς δημοσίοις κινδύνοις* (Rep. VIII p. 577 B) coniectura redintegravit quod postea libris *AΘΞΦ q m r* Lobc. Flor. *α β γ α c* confirmatum est. Deinde *αὐ* τὸ certum videtur libr. VIII p. 547 B in verbis τὸ (sic recte Schneiderus Stallbaumius ed. Goth. 2) *δ' αὐ, τὸ χρυσοῦν τε καὶ ἀργυροῦν κτλ.*, inter codices *αὐτὸ* praebent *AΠΦ m* Vind. EF Flor. *a c γ*, ceteri *αὐ* χρυσοῦν, item libr. III p. 401 E in hisce: (*ἡ ἐν μουσικῇ τροφῇ*) *καὶ ποιεῖ εὐσχήμονα . . . καὶ ὅτι αὐ τῶν (αὐτῶν Par. A. Vind. Φ D Lobc.) παραλειπομένων καὶ μὴ καλῶς δημιουργηθέντων ἢ μὴ καλῶς φύντων ὀξύτατ' ἂν αἰσθάνοιτο.* Aliquotiens contrarium quoque vitium in libros irruit, ut in Paris. libr. VIII p. 550 A *ὁ νέος πάντα τὰ τοιαῦτα ἀκούων τε καὶ ὄρων καὶ αὐτὸς τὸς τοῦ πατρὸς λόγους* pro *καὶ αὐ τὸς τοῦ πατρὸς λ.* et bis libr. VIII p. 585 C in his: *τὸ τοῦ ἀεὶ ὁμοίου ἐχόμενον . . . καὶ αὐτὸ (A Φ v m Vind. E male αὐ τὸ) τοιοῦτον ἔν . . . γιγνόμενον μᾶλλον εἶναί σοι δοκεῖ ἢ τὸ μηδέποτε ὁμοίου . . . καὶ αὐτὸ (eidem et Par. DK αὐ τὸ) τοιοῦτον . . . γιγνόμενον;* Inde emendanda esse puto haec (libr. II p. 373 B): *Οὐκοῦν μείζονά τε αὐ τῆν πόλιν* (sic editiones et nonnulli codices, *αὐ τῆν πόλιν A Φ r* Lobc. Vind. D Flor. *a c α*, *τῆν αὐτῆν πόλιν t m* Vind. E) *δεῖ ποιεῖν κτλ.*, scrib. *μείζονά τε αὐτῆν τῆν πόλιν.*

De particula *δαί*.

Notum est ex Apollonio Alexandr. de Constr. libr. p. 6, 4 — 10 Bekk. ab Aristarcho tribus locis Homericis (II. K 408 Od. *α* 225 ω 298) particulam *δαί* obtrusam esse cf. ib. p. 77, 10. 25, Ammon. de Differ. p. 40 extr. Valck., Apoll. Soph. lex. Hom. p. 56, 27, Spitzn. ad II. K 408, Nitzsch. ad Od. *α* 225, Ebeling. Lex. Hom. s. *δαί*. Inde illa et a veteribus grammaticis et ab Hoogoveeno Wolfio G. Hermanno amota est, sed eam iam Aristarchi aetate pervulgarem fuisse et sua propria vi paene evanida facta pro *δὲ* vel *δὴ* persaepe usurpatam esse elucet. Quo factum est ut quaenam eius notio principalis fuerit quamque late patuerit vix expediri et dignosci queat. Ab omnibus enim vel grammaticis vel lexicographis Graecorum nihil fere aliud decantatur nisi quod scholiastes ad Aristoph. Plut. v. 156 his verbis a Küstero (Suid. II 2 p. 1119, 11) correctis praecepit: *τί δαί· ξύνδεσμος ἐρωτηματικός· διὰ δὲ τῆν ἔκτασιν διφθογογραφεῖται*, quibuscum conferas Hesych. I 455, 102: *δαί· σύνδεσμος ἴσος (τῶ) δὲ συμπλεκτικῶ παρὰ τῶ ποιητῆ* Apoll. lex. l. l. al. Quoniamque haec opinio parum subtilis iam dudum inveteraverat, mox illam particulam

ut Aristarchi culpa in Homeri carmina ita aliorum in tragoedias insinuatam credibile est in omnium consuetudinem venisse. Cuius rei specimen quoddam ex Antigona Sophoclea capi potest, cuius ad versum 318 *Τί δὲ ῥυθμίσεις τὴν ἐμὴν λόπην σπου;* in Laurentiano in quo *Τί δαὶ ῥ.* traditum est Triclinius adscripsit *διὰ τὸ μέτρον.* Hac causa nulla datur magis perspicua, hac vero ad nobis persuadendum minus accommodata. Nam librarii versus numeros non perfectos esse opinati *δὲ* particulam correxerunt, nos *δαὶ* expungemus quia Sophoclem metri causa illud adhibuisse inauditum sit, statuemusque vocalem brevem ante *ρ* produci posse. Qua re ab omnibus Antigonae editoribus quod in apogr. et Plut. de Garrul. p. 509 D invenitur *Τί δὲ ῥ.* scribitur Wexio excepto qui *δαὶ* retinuit quia »fortius esset quam *δέ*« conf. Wunder. ad h. l. Omnium igitur fere consensu hoc *δαὶ* unicum in Sophocle traditum loco suo cessit, peius evenit Euripidi. Nam Brunckius quidem ad Med. 1011 Porsonusque ad Med. 1008 *δαὶ* et a reliquis tragicis et ab Euripide abire iusserunt, sed alii aliud senserunt. Ac primum quidem Matthiaeus quamquam in oppositione *δαὶ* tolerari non posse ob eamque causam Electr. 242 Kirhh. cum Seidlero *φεῦ φεῦ· τί δ' αὖ σὺ σῶ κασιγνήτω δοκεῖς* legendum esse concessit (ad Hec. v. 1232), tamen Hec. v. 1232 *ἀλγεῖς· τί δαὶ με παιδὸς οὐκ ἄλγεῖν δοκεῖς*, Iph. Aul. 1443 K. *τί δαὶ τὸ θνήσκειν οὐ τάφος νομίζεται*; Hel. 1246 K. *πῶς δαὶ; λέλειμμαί τῶν ἐν Ἑλλήσιν νόμων*, Med. 999 K. *τί δαὶ κατηφεῖς ὄμμα καὶ διαχυρορεῖς*; al., ubi *τί δῆ*, *πῶς δῆ* substituendum esse videretur, *δαὶ* retinere maluit. Idem postea ad Electr. v. 242 quae tribus annis ante adnotaverat ita retractavit, ut in Hecubae loco *τί δ' αὖ μέ* praeferendum putaret. cf. id. ad Med. v. 1001 El. v. 972. Deinde Hermannus ad Vig. p. 848 nostrum poetam Cycl. 449 (447 K.) Hel. 1262 (1246 K.) El. 244 (242 K.) 978 (977) Iph. Aul. 1444 (1443) a particula *δαὶ* abstinuisse negat; eandemque Kirhhoffius in tribus prioribus ex illis locis ut in Ion. v. 286 El. 1116 Med. 1001 retinuit, duos vero posteriores depravatos habet proponitque in El. 977 *τῶ δ' οὐ πατρίαν κτλ.* et in Iph. Aul. 1443 *τί δ'*; *οὐ τὸ θνήσκειν οὐ τάφος νομίζεται*; Ceterum Hermannus quoque alibi a librariis *δαὶ* pro *δῆ* tragicis vindicatum esse iudicavit; nam recte *δῆ* cum Porsono legi Iph. Aul. 1448 *τί δῆ κασιγνήταισιν ἀγγέλλω σέθεν* et El. 1116, in Ionis vers. 275 autem magis ex usu esse *τί δ' αὖ τόδ'*; *ἄρ' ἀληθὲς ἢ μάτην λόγος*; »Quamquam etiam vulgata,« inquit ad Vig. 848 »sed magis illa ad familiarem sermonem accedens, ferri poterit *τί δαὶ τόδ'*« Praeterea particula *δαὶ* secundum optimos codices invenitur Eur. El. 1299 K., ubi editores nuperi Seidlerum sequi solent leguntque: *τίς δ' ἔμ' Ἀπόλλων, ποῖοι χρησμοὶ* (cod. *τί δαὶ μ' ἀπόλλων*), atque Aesch. Choeph. 888 Herm., in quo quidem loco Hermannus olim (ad Vig. 848) *δῆ* reposuit, postea vero codicum auctoritate commotus *ποῦ δαὶ τὰ λοιπὰ Λοξίου μαντεύματα* edidit cum hac adnotatione: »Non sollicitandum videtur *δαί*. Quae quominus Porsonianum *δῆ* resumerent neque Dindorfium neque alios impediverunt. Utut hoc est, ego quidem

tum quod scribae *αι* et *ε* saepe miscabant tum quod metri causa *δαι* nonnunquam dictum esse non solum Triclinius putabat, sed etiam alii sicut verba Planudae in Bachmann. Anecd. II p. 81, 9: *Τὸ τί δαί ποιηταὶ μέτρον ἔνεκεν διφθόγγῃ γράφουσιν· οὐχ ὡς τινες οἴονται, ἀντὶ τοῦ καὶ τοῦτο δεχόμενοι, ἀλλὰ τῶν δὲ τῶ τί δέ διὰ τοῦ φιλοῦ γραφομένων* aperte indicant, adduci non possum ut generi orationis tam severo tamque gravi eam particulam quae familiaritatem redolet adsignem. At Aristophanem Platonem aliosque Atticos *δαι* adhibuisse non solum codices evincunt, sed etiam grammaticorum veterum certissima testimonia; ex quibus Hesychii quidem verba (IV 155, 847) *τί δαί· τί γὰρ ἄλλο, ἢ τί γάρ; Κρητες. Βοιωτοὶ δὲ ἐνθάδε. Ἀττικοὶ διὰ τί δὴ* tam lacunosa sunt, vix ut quicquam erui queat (vide ea quae Mauricius Schmidt. ib. I 453, 52 not., 455, 102 not. IV 155, 847 not. conl. 136, 355. 184, 1613 not. dedit), sed quod inde parum elucet Athenienses pro *τί δὴ* et fortasse pro *τί γὰρ ἄλλο, τί γάρ* formula *τί δαι* usos esse idem ab alio interprete satis adseveratur. *Τί δαι* (inquit) *Ἀττικοὶ λέγουσι τὸ τί δὴ;* quibuscum verbis haec a Suida II 2, 1119. 10 tradita compares: *τί δαί; τί δὴ; καὶ οὕτως μὲν λέγουσιν τὸ τί δὴ. Ἀριστοφάνης Πλούτῳ (v. 172) τί δαί; (nunc rectius τί δέ;); τὰς τριήρεις οὐ σὺ πληροῖς; εἰπέ μοι.* *Ἔστι δὲ σύνδεσμος ἐρωτηματικὸς διὰ διφθόγγου γραφόμενος* et paulo post: *Τί δαί; εἰπόντος τοῦ δανειστοῦ,*

(Nub. 1274) *Ἀηρῶ τὰ χρήματ' ἀπολαβεῖν εἰ βούλομαι;*
τοῦ δὲ Στρεψιάδου ἀντιφάσαντος· (v. 1275)

Οὐκ ἔσθ' ὅπως σὺ γ' αὐτὸς ὑγαίνεις·

ἐπέφερεν ὁ δανειστής· Τί δαί; κτλ.

Ex his suspicari licebit particulam *δαι* principio Atticorum propriam fuisse eiusque notionem potestatemque ex Aristophanis et Platonis dicendi consuetudine explorandam atque enucleandam esse, si modo fieri poterit. Nam veterum praeceptis paene destituti sumus, nisi forte ea quae memoravi graviora habes vel ex eis quae in Crameri Anecd. Par. III 13, 10 (ead. ib. III 284, 23) conservata sunt *Πῶς δαί, ὁ δαί διὰ διφθόγγου, καὶ ἔστι μὲν συμπλεκτικὸς, μόνοις δὲ τοῖς πνευματικοῖς συντάσσεται* plus lucri facere potes quam quod mihi licet. Quod enim his verbis indicatur *δαι* non solum in interrogationibus poni, sed etiam omnino coniungendi vim habere, id nulla persuadendi necessitate erit, si contemplati erimus illo scholio ad Il. K 408 adscripto Aristarchi rationem qua articulus quem vocant ex Homeri carminibus eliminandus esset adiuvari et defendi cf. ib. v. 14. 20. Atque etiam ea verba quae Zonaras p. 474 conservavit *δαί, σύνδεσμος προηγούμενος τῶν πνευματικῶν μορίων* ex hoc vel simili quodam fonte videntur hausta.

Quibus omnibus de causis ad illius particulae naturam atque vim definiendam usumque circumscribendum eam viam persequemur quae ab Hermanno ad Vig. 847—49

Hartungio Part. I 320—22 praemunita est. Sive igitur *δαί* ex *δὲ* sive ex *δη* ab Atheniensibus dilatatum est de qua re adhuc dubitatur (cf. Thiersch. Gr. p. 206. Curtius Grundz. d. gr. Et.³ 582), illud *ε* vel *η* ad affectum animi concitatioem exprimendum et vocis intentionem maiorem vehementioremque indicandam productum esse eo magis consentaneum est, quod *δαί* vix in aliis enuntiatis nisi in interrogativis, plerumque formulis *τί δαί*, *πῶς δαί* adhibitis comparet. Accentu igitur in ultima syllaba fixo aut ira aut indignatio eius qui quid interrogat aut similis affectio exprimitur neque quicquam aliud glossis Hesychianis *τί γάρ ἄλλο* et *τί γάρ* dici censeo. Huic tamen significationi cum *τί δὲ* affine et proximum esse confitendum sit ob eamque causam haec duo persaepe a librariis permutata sint, quid inter se differant exquirendum nobis est. Per *τί δὲ* igitur oratio ita continuari solet, ut novum idque gravius argumentum adnectatur simulque priori opponatur. Itaque in rem quae insequitur eiusque explicationem maiorem considerationem intendimus quam ratiocinatione simpliciter progrediente. Cuius generis ex Xen. mem. III 1, 2. 3 exemplum insigne adferre libet. Ibi enim Socrates quibus adulescens ad imperandum constitutus ac designatus adsuefiat eique excellat necesse est qui imperare ne animum quidem inducat eas enumerat virtutes, appetitum cibi potusque regendum, somnum tenendum, voluptates corporis temperantia frenandas et domandas, pericula sponte et voluntate subeunda, omnium denique rerum quae ad adversarios vincendos idoneae sint scientiam percipiendam. Quorum quinque primum et alterum per *μὲν* — *δὲ*, cetera per *τί δὲ* conectuntur. Similia inveniuntur ib. III 1, 10. II 6, 3 Plat. Euthyph. 13D. Atque ab hoc conligandi modo *τί δαί*, *πῶς δαί* alia id genus tantum videntur distare, ut rei quae tractatur non tam progressio fiat quam intermissio, quae in indignatione cognatae animi motione eius qui loquitur effundenda consumatur. Ita Socrates aegrius ferens quod Glaucō opiniones quasdam nobis invitis ex animo tamquam effluere et exire non comprehendit sermonem hunc in modum interrumpit Plat. Rep. III p. 413A: *Τί δαί; οὐ καὶ σὸ ἡγεῖ, ἔφην ἐγώ, τῶν μὲν ἀγαθῶν ἀχουσίως στέρσθαι τοὺς ἀνθρώπους, τῶν δὲ κακῶν ἐχουσίως;* Itaque cum *τί δὲ* coniunctio adversativa sit, in illis formulis *τί δαί*, *πῶς δαί* sim. exclamandi notio praevallet, ut nos forsitan discernamus was weiter, ferner? et was denn, wie so denn?

Haec vero universa significatio qui est sententiarum conexus in duas potissimum proprias distrahitur, quarum alteram latine reddas Quid ita? Huc spectat illud exemplum quod Suidas ex Arist. Nub. sumpsit (v. supra). Nam Amyntas fenestrator cum dixisset »Num quid deliro qui pecuniam meam repetam?« Strepsiadesque respondisset »Omnino te parum sapere oportet«, ille hoc contumeliose dictum indigne fert exclamatque *Τί δαί;* Quid ita? quid tibi vis, proterve! cf. Nub. 1266 Plat. Euthyph.

4A Hermann. ad Vig. 848, 14. Altera significatio est illa ipsa quae ab Hesychio*) verbis *τί γάρ ἄλλο* i. e. quidnam aliud explicatur, eamque aliquot exemplis Hoogovenus primus (vide Zeunium ad Vig. p. 545 sq.) firmavit, cuius sententiam quam Reizius de Pros. Gr. accentus incl. p. 96 improbaverat veram firmamque esse Schaeferus ad Dion. Hal. p. 100 ad Soph. Trach. v. 390 et G. Hermannus ad Vig. p. 848 denuo monuerunt. Alterum igitur *τί δαί* hoc specimine illustrare libet: In Acharnensibus Megarensis fame coactus Dicacopolim adit filias porcellorum modo ornatas atque in saccum conditas venundaturus. Hic ab illo percontatus utrum salem an allium portaret haec profundit: *Τί δαί φέρεις;* Quid igitur aliud portas? inquit, ego scilicet quoniam omnia quae Megarenses in urbem nostram importare consueverunt enumeravi, valde suspensio animo exspecto quid Athenis vendere cupias. cf. Av. 1640. Simillime *πῶς δαί* usurpatur, cum actio ipsa qualis sit definitur, ut Ar. Vesp. 1212, ubi Philocleon a Bdelycleone ad recte eleganterque se gerendum instituitur. Accumbere iussus quaerit: *πῶς οὖν κατακλιῶ;* Ad haec ille: *εὐσχημόνως.* Iste modestiam corporis prae se ferens, *ὦδὲ* (inquit) *κελεύεις κατακλιῆναι;* Ille: *μηδαμῶς.* Tum Philocleon incertus quo se vertat vociferatur: *πῶς δαί;* i. e. quonam tandem habitu accumbam? Itemque Eur. Cycl. v. 447, in quo versu Ulixidis verbis *οὐδὲν τοιοῦτον· δόλιος ἢ πιδυμία* chorus subicit *πῶς δαί;* *σοφόν τοί σ' ὄντ' ἀκούομεν πάλαι.* cf. Av. 826. 1676 Plut. 905 al. Persaepe autem quod ab hac particula incipitur idem inopinatum, repentinum, alienum accidit, ut si in Ar. Equitibus botularius Cleoni qui illi maledixerat v. 350 *ὦ μῶρε τῆς ἀνοίας* haec v. 351 obicit: *Τί δαί σὺ πίνων τὴν πόλιν πεποιήκας;* cf. Av. 1614. Ut vero in his ita in talibus interrogatiunculis omnino cernitur mirandi vel irascendi vel finitimae animi commotionis notio, quae etiam ibi inhaerescit ubi *τί δαί* per quid porro? aptissime vertitur (v. Plat. Rep. V. p. 456 D VI p. 496 A Ar. Av. 136 al.).

Sed satis de significatione. Illa vero particula a quibus scriptoribus Atticis praecipue adhibita sit quamque late patuerit cum veterum grammaticorum certioribus quibusdam indiciis paene destituti simus, parum exploratum habemus. Id enim tantum constare iudico nobis propter interpretationem Hesychii *τί γάρ ἄλλο* ex Aristophanis nonnullis locis natam (qua in re conferas quaeso Ach. v. 764 cum vers. 753. 758, Nub. 1090 cum v. 1086. 1088, Nub. 1275 cum v. 1273. 1287, Pac. 925 cum v. 923) huic comico illam particulam vindicandam esse. Neque igitur fore spero ut erroris gravioris coarguamur si quod Planudes apud Bachm. Anecl. II 81, 13 (vide infra)

*) Contra Hermannum ad Vig. 847 adnotem me glossae illius Hesychianae verba *τί γάρ ἄλλο ἢ τί γάρ* non ad vocem sequentem *Κρητες*, sed ad lemma ipsum referre; nam mea quidem sententia fieri non potest, ut Cretenses *τί δαί* eo sensu dixerint, ut *τί γάρ ἄλλο* vel *τί γάρ* significaret, sed post *Κρητες* lacunam statuo in qua verbum Cretensis dialecti cui *δαί* respondebat conlocatum erat.

commemoravit prosarios quoque τί δαί adhibuisse id quoniam Plato cum Aristophane etiam multa alia communicat imprimis ad nostrum scriptorem pertinere putabimus illudque δαί in familiari Atheniensium sermone usitatum fuisse. Sed cum iam Aristarchus eius originis atque usus tam immemor fuerit, ut ex Attica dialecto Homeri carmina constitueret, δαί non multo post Alexandri mortem in omnium Graecorum consuetudinem se immersisse et recentiore aetate frequentissime oculis δὲ et δῆ suppositum esse credibile est. Quod cum aliorum tum Stobaei scriptis confirmatur, cuius in excerptis Platoniceis δαί multo saepius comparet quam in codicibus veterrimis. Atque hac ipsa causa nos inquirentes quibus in locis eorum Atticistarum quorum rationem reddere nostra maxime intersit δαί ponendum sit ad eam sententiam perducimur, ut et Aristophanis et Platonis praestantissimarum membranarum librariis qui non modo vetustate, sed etiam diligentia fideque permultum valent nos tradere et obsequi malimus quam vel grammaticorum praecepta vana ac fallacia audire vel Stobaei libros etiam atque etiam retractatos et in peius immutatos adire, in Xenophonteis vero Memorabilibus similibusque scriptis propius ad veritatem accedendi ne facultatem quidem dari profiteamur. Quod si periculum est ne δὲ aut δῆ nonnunquam illius coniunctionis locum obtineat, hoc in tam ancipiti re minus vitiosum videtur quam si campus est in quo suo cuique arbitrato liceat vagari. Atque haec quidem universa sufficiant. — Sequitur ut singula perlustremus. *Aristophanes* igitur secundum optimos codices quibus plerique editores obtemperaverunt δαί ante interrogandi signum formula τί δαί, semel πῶς δαί usus in hisce comoediarum nobis relictarum locis conlocavit: Eq. (Vels.) v. 28 fin. 171 med. 493 fin. — Ach. (Dind.) v. 802 in. cf. Suidas s. φίβαλις. — Nub. v. 491 in. 1091 in. 1275 fin. — Vesp. v. 1212: πῶς δαί; τὰ γόνατ' ἔκτεινε κτέ. (vulg. πῶς δέ;) — Av. v. 64 fin. 225 fin. 1153 med. — Ran. v. 6 in. 135 fin. 558 in. 1325 in. 1479 fin. — Plut. v. 156 fin. 905 in. In versu Ach. 803 ΔΙ. τί δαί; σύκα τρώγοις ἂν αὐτός; KO. κοί κοί Par. A Laur. Γ τί δαί exhibent, Ravennas τῆ, totum Bentleius spurium habuit itemque Dindorf. al.

Cetera δαί in his versibus inveniuntur: Eq. 351 AA. τί δαί σὺ πίνων τὴν πόλιν πεποιήκας; — Ach. 105 ΔΙ. οἴμοι κακοδαίμων, ὡς σαφῶς. ΠΡ. τί δαί λέγει; sic Elmsleius Dindorf., ceteri δ' αὖ. ib. 612 AX. τί δαί Δράκυλλος κεύφορίδης ἢ Πρινίδης; (Reiskius malebat τί δ' Ἀνθράκυλλος) ib. 764 ΔΙ. τί δαί φέρεις; ME. χοίρωσ ἐγώνγα μυστικὰς. ib. 826 ME. τί δαί (Elmsl., τί δῆ Brunckius Meinek. Dind., τῆ vel τῆ cod.) παθῶν φαίνεις κτλ. ib. v. 912 NI. φαίνω πολέμια ταῦτα. BO. τί δαί κακὸν παθῶν, sed δὲ Bentleio auctore Meinek. Dind. ediderunt. — Nub. 1266 ΣΤ. τί δαί σε Τληπόλεμός ποτ' εἴργασται κακόν; — Pac. 925 TP. τί δαί δοκεῖ; βούλεσθε λαρινῶ βοῖ; ib. 929 TP. τῷ δῆ δοκεῖ σοι δῆτα τῶν λοιπῶν; vulgata, Meinek. τῷ δαί ib. 1223 ΘΩ. τί δαί δεκάμω τῷδε θώρακος κῦτει — Av. 136 ΕΠ. τί δαί σύ; ΠΕ. τοιούτων ἐρῶ κάγω.

ib. 826 *EP.* λιπαρόν τὸ χοῖμα τῆς πόλεως. τίς δαὶ θεὸς πολιοῦχος ἔσται; ib. 1451 *PE.* Τί δαὶ ποιήσεις; κτέ. ib. 1614 *HP.* κάμοι δοκεῖ. *PE.* τί δαὶ σὸ φήεις; ib. 1640 *ΠΟΣ.* τί δαὶ ποιῶμεν; *HP.* ὁ τι; διαλλαττόμεθα. ib. 1675 *HP.* κἄγωγε παραδίδωμί σοι. *PE.* τί δαὶ σὸ φήεις; — *Lys.* 136 *AY.* τί δαὶ σύ; *MY.* κἄγὼ βούλομαι διὰ τοῦ πυρός. — In *Thesm.* Mnesilochus multa alia ex Agathone percontatus dicit v. 140 τίς δαὶ κατοπτρου καὶ ξίφους κοινωνία; — *Ran.* 1454 *AI.* τί δαὶ λέγεις σύ; *AI.* τὴν πόλιν νῦν μοι φράσον. — *Ecc.* 404 Chremes Neoclidem quaerentem facit τί δαὶ μ' ἐχρῆν δρᾶν; ib. 978 *GP.* Α. τὸ ὄ δαὶ δεόμενος δᾶδ' ἔχων ἐλήλυθας;

Hoc in pleno ni fallor locorum numero tria memoratu utilia puto, unum quod *δαί* cum alia pronominis interrogativi forma atque τί non coniunctum est nisi cum πῶς *Vesp.* 1212, cum τίς *Av.* 826, *Thesm.* 140, cum τοῦ *Ran.* 978, cum τῶ *Meinekii* coniectura *Pac.* 929, alterum quod particula interpunctione post *δαί* omissa propemodum aequae frequentata est atque ante interrogandi signum, tertium quod ubi oratio continuatur verba dicendi aut agendi persaepe posita sunt.

Transeo nunc ad *Platonem*. In quo cum ad editorum rationem cognoscendam atque iudicandam magni intersit qualis codicum sit condicio, gratissima facta est *Schneideri* cura ad optimum Parisinum pertinens, qui conlationem *Dübnerianam* multo labore multisque difficultatibus comparatam nobiscum communicavit, ut vel levissima habeamus explorata. Nam quamquam *Bekkeri* gratia debetur summa propter insignem assiduitatem qua in libris conferendis usus est, interdum tamen, id quod in tanto opere haud sane mirum est, et ut accuratior fuerit optaveris et ut constantiam in edendo maiorem adhibuerit. Inde factum est ut editio *Bekkeriana* plurima ad librorum fidem emendata haberet et omnium posteriorum fundamentum quoddam esset, sed discrimine codicum familiarum quo omnis cognitio ad artem criticam longe gravissima nititur parum constituto illa careret integritate atque aequabilitate quae nostra aetate requiri solet. *Schneiderus* igitur ad *Civ. p. IV* cum causa dixit: »(*Bekkerus*) ut *Platonem* formosissimum exhiberet, multis inspectis codicibus quod quisque maxime placens obtulisset recepit«. Quibus de causis in nostra re non alienum videtur ut librorum, imprimis *Parisini* condicio perspiciatur omnia particulae *δαί* exempla quae in libris de *Rep.* exstant singulis locis a *Dübnero* enotata atque aliud alio in *Schneideri* additamenti dispersum et dissipatum conligere atque in ordinem quendam redigere. Cumque eximii illius viri verbis ipsis quantum fieri potest uti par sit, iam *Bekkerum* praefari libet nisi quid separatim dicatur unumquemque locum ita attigisse, ut se *δαί* vel *δαί* legisse animadverteret, eundemque de *Parisini* varietate haec tantum rettulisse: *App. crit. p. 88, 391. 18* (ad *libr. VIII p. 551 E*) »*δαί* correct., ut solet, A«, ib. p. 12, 58. 3 (II p. 357C) »*δαί* corr. A«, ib. p. 24, 107. 5 (III p. 386A) p. 25, 107. 9 (III p. 386B) »*δαί*, fortasse corr. A«. Praeterea et verba quae particulam insequuntur et

nomina editorum qui in quoque loco *δαί* receperunt apposui. Qua quidem in re ne accentu gravi quem vocare consuevimus vocolae *δαί* ante interrogandi signum appicto fallaris, eum ubicumque Bekkerus aut Dübnerus testantur hoc libentius retinui, quod Schneiderus in Addit. p. 3, 19a adnotat: »τί δὲ Par. A Dū. omisso, ut fere solet, interrogandi signo«. Tali ratione ductus enumerationem ipsam adgredior.

- I 1. III 418A *Τί δαί;* οὐ καὶ σὸ ἡγεῖ Par. A *sine ulla litura* (Dū.) m Flor. a c γ Stob. Flor. XLIII 152 Gesn. Trinc. — Edit. praeter Bekk. (in Stobaeo δὲ Gaisf. Mein. II 153, 4).
2. V 456D *Τί δαί;* τῶν ἄλλων... ἄριστοι; A *sine litura* (Dū.) — Tur. ed. 3, δέ cet.
3. V 456E *Τί δαί;* αἱ γυναῖκες... βέλτισται; A *sine litura* (Dū.) — Tur. ed. 3, δέ cet.
4. VIII 559A *Τί δαί;* ἄς γέ τις ἀπαλλάξειεν ἂν A *sine litura* (Dū.) — Herm. Tur. ed. 3, δέ cet.
5. VI 496A *Τί δαί;* τοὺς ἀναξίους κτέ. A in quo ex è *ab eadem manu* factum est a (Dū.) atque m Flor. a c γ — Herm. Tur. ed. 3, δέ cet.
- II 6. II 381E *Τί δαί;* ἦν δ' ἐγώ A *a manu vetusta* (Dū.), *δαί* Bekk. Ap. cr. — δέ Edit.
7. II 382C *Τί δαί;* δὴ; τὸ ἐν λόγοις φεῦδος A *a m. vetusta* (Dū.) — δέ Edit.
8. III 389D *Τί δαί;* σωφροσύνης A *in litura*, sed *a m. vetusta* (Dū.) Flor. a Stob. Flor. V 128 (Stob. cod. A habet δέ) — Bekk. Stallb. ed. ster. (Mein. I 140, 20), δέ cet.
9. III 396A *Τί δαί;* ἦν δ' ἐγώ A *in litura a manu satis vetusta* (Dū.) — *Τί δ'*; ἦν δ' ἐγώ Edit.
10. III 396B *Τί δαί;* ἦπος A *cum litura*, sed *a m. vetusta* (Dū.) — δέ Edit.
11. III 397C *Τί δαί;* τὸ τοῦ ἐτέρου εἶδος A *cum litura*, sed *a m. vetusta* (Dū.) — δέ τὸ τ. ε. εἶδος; Herm. Tur. ed. 3, ceteri δέ; τὸ τοῦ ἐτέρου εἶδος.
12. III 403E *Τί δαί;* δὴ σιτων πέρι; A *c litura*, sed *a m. vetusta* (Dū.) Flor. γ — δέ Edit.
13. III 411C *Τί δαί;* ἐπειδὴν ἄλλο ΑΞΠ m auctore Bekkero, quibus accedunt Flor. a c n γ, sed Parisinus *ne hic quidem sine litura* (Dū.) — *Τί δαί* ἐπειδὴν ante Stephanum, postea *Τί δαί;* ε.; Stallb. vero ed. Weigel. Tur. ed. 3 *Τί δέ;* ε.
14. IV 438C *Τί δαί;* τὰ περὶ τὰς ἐπιστήμας; A *cum litura*, sed *a m. vetusta* (Dū.) m Flor. a c γ — δέ Edit.
15. VI 505C *Τί δαί;* οἱ τὴν ἡδονὴν ἴτεμ — et Schneid. ed. Lips. Par. Stallb. Goth. stereot. Herm. Tur. ed. 3, ceteri δέ.
- III Ad insequentia Dübnerus addidit »aὶ *in litura*.«
16. III 390A *Τί δαί;* ποιεῖν A — δέ Edit.
17. IV 437C *Τί δαί;* τὸ ἀβουλεῖν A Flor. a c γ — Herm. Stallb. ed. Goth., ceteri δέ.
18. IV 440B *Τί δαί;* ἦν δ' ἐγώ. A — δέ Edit.
19. V 464D *Τί δαί;* δίκαι A Stob. Flor. Trinc. (Stob. cod. A *Τί δέ;* αἱ δ.) — Herm., δέ ceteri (Mein. II 114, 30).
20. V 468B *Τί δαί;* δεξιωθῆναι; A m Flor. a c γ — Herm., δέ cet.
21. V 469C *Τί δαί;* σκυλεύειν A — Bekk. Herm., δέ cet.
22. V 470A *Τί δαί;* γῆς τε. A — Bekk. Herm., Stallb. ed. Weig. Goth. δέ γῆς τε... ἐμπροσθεν; ceteri δέ; γῆς τε κτέ.
23. V 477E *Τί δαί;* δόξαν A — Herm., δέ cet.

24. V 479 E *Τὶ δαὶ αὐτὸς* A m Flor. a c γ — *Τὶ δ' αὐτ.* Steph. Ast. Bekk., δὲ αὐτ. cet.
 25. VII 526 B *Τὶ δαὶ; τόδε ἤδη* A — Stallb. ed. Goth. Herm., δὲ cet.
 26. VII 527 C *Τὶ δαὶ; τρίτον θῶμεν* A Flor. a — Stallb. ed. Goth. ster. Herm., δὲ cet.
 27. VIII 559 B *Τὶ δαὶ; ἡ πέρα τούτων* A Ath. XII 511 E — δὲ Edit.

IV Subnectuntur ea in quibus Dübnerus *δαὶ a manu secunda*, δὲ *a prima* vel ante correctionem scriptum fuisse adfirmat.

28. II 370 B *Τὶ δαί; πότερον* A² Flor. a — Stallb. ed. Goth., δὲ cet.
 29. II 371 B *Τὶ δαὶ δὴ; ἐν αὐτῇ* A² — *Τὶ δὲ δὴ; ἐν αὐ.* Bekk. posterioresque praeter Herm., qui cum vulgata edidit *Τὶ δὲ δὴ ἐν αὐ.*
 30. III 399 D *Τὶ δαὶ; ἀλοποιούς* A m. recenti. — Edit. cum A¹ δὲ.
 31. V 469 B *Τὶ δαὶ; πρὸς τοὺς π.* A² — Bekk. Herm., δὲ cet.
 32. V 475 A *Τὶ δαὶ; ἦν δ' ἐγώ* A² — Stallb. ed. Goth. ster. Herm., δὲ vel δ' cet.
 33. V 479 B *Τὶ δαὶ; τὰ πολλὰ* A² m Flor. a c a γ — Herm., δὲ cet.
 34. VI 501 D *Τὶ δαὶ; τὴν τοιαύτην* A² — δὲ Edit.
 35. VI 506 C *Τὶ δαὶ; ἦν δ' ἐγώ* A corr. m Flor. a c γ — Herm., δὲ Tur. 3 cum A¹, δ' cet.
 36. VI 506 C (a Bekkero omissum) *Τὶ δαὶ; εἶπον* A corr. Flor. a c γ — δὲ Edit.
 37. VII 519 B *Τὶ δαὶ; τόδε* A² — Stallb. ed. Goth. ster. Herm., δὲ cet.
 38. VII 523 E *Τὶ δαὶ δὴ; τὸ μέγεθος* A² — Herm., δὲ cet. c. A¹; ante Bekk. legebatur *Τὶ δὲ; τὸ μέγεθος*
 39. VIII 551 E *Τὶ δαὶ; ὁ πάλα;* A corr. m Flor. a c γ — δὲ Edit.
 40. VIII 558 A *Τὶ δαὶ; ἡ πρότης* A² Φ m Flor. a c γ — Herm., δὲ cet.
 41. IV 440 C *Τὶ δαὶ; ὅταν* A cum litura, a pr. m. videtur δὲ fuisse (Dü.) — δὲ Edit.
 42. V 468 A *Τὶ δαὶ δὴ, εἶπον,* A cum litura in αὶ, fuit ut videtur δὲ a pr. m. (Dü.) m Flor. a c γ — Bekk. Herm., δὲ cet.
 43. VIII 551 D *Τὶ δαὶ; τόδε ἄρα* A², ante lituram ε (Dü.) — Herm., δὲ cet.

V Ea quibus Dübnerus *a manu secunda scriptum* apposuit eaque quae ab uno Bekkero commemorata sunt.

44. II 374 A *Τὶ δαὶ; ἦ δ' ὅς* A² m Flor. a c γ — Stallb., δὲ cet.
 45. II 379 B *Τὶ δαὶ; ἀφέλιμον* A² Flor. a — Stallb. ed. Goth., δὲ cet.
 46. II 380 C *Τὶ δαὶ δὴ ὁ δεύτερος ὅδε;* A² — δὲ Edit.
 47. II 380 D *Τὶ δαὶ τόδε; οὐκ ἀνάγκη* A² — δὲ Edit.
 48. III 386 A *Τὶ δαὶ δὴ; εἰ μέλλουσιν* A corr. — δὲ Edit.
 49. III 386 B *Τὶ δαὶ; τὰν Ἰδίου* A corr. — δὲ Edit.
 50. III 389 E *Τὶ δαὶ; τὰ τοιάδε* A² — δὲ Edit.
 51. V 459 B *Τὶ δαὶ ἔπων οἴει...* A sec. Bekk. — δὲ Edit.
 52. V 463 C *Τὶ δαὶ οἱ... φόλακες* A sec. Bekk. — δὲ Edit.
 53. II 357 C *Τὶ δαὶ; ὁ αὐτὸ* A² sec. Bekk. Flor. a — δὲ Edit.

VI *Reliqua quae in Parisino non inveniuntur.*

54. I 352 E *Τὶ δαὶ; μαχαίρα* Φ Flor. x Stob. Flor. IX 63 — (Mein. I 214, 12), δὲ Edit. Plat.
 55. VIII 578 A *Τὶ δαὶ; φόβου γέμειν* Φ — δὲ Edit.
 56. IV 442 C *Τὶ δαὶ; σώφρονα* Vat. m Flor. a c γ Stob. Flor. IX 64 Trinc. — δὲ Edit. Plat. (Mein. I 217, 13).

57. VI 505D *Τὴ δαί;* τόδε οὐ Vat. m Flor. a c γ — Stallb. ed. Goth. ster., δέ cet.
 58. I 350A *Τὴ δαί;* ὁ ἀνεπιστήμων; Flor. x Stob. Flor. IX 61 — (Mein. I 211, 10), δέ;
 ὁ ἄ. Steph. Bekk. Stallb. ed. Weig., δὲ ὁ ἄ. cet.
 59. I 343A *Τὴ δαί;* ἦν δ' ἐγώ Flor. α — Stallb., δέ cet.
 60. I 352E *Τὴ δαί;* ἀκούσεις Flor. α Stob. Flor. IX 63 — (Mein. I 214, 10), δέ Edit. Plat.
 61. I 353B *Τὴ δαί;* ὄτων Flor. α Stob. ib. — δέ Edit. (Mein. ib. 25).
 62. I 353B *Τὴ δαί;* πάντων πέρι. . .; Flor. α (Stob. ib. cod. τί δὴ vel τιδὴ) — (δὴ
 Mein. I 214, 27), δέ Edit. Plat.
 63. V 456A *Τὴ δαί;* φιλόσοφος Flor. α — δέ Edit.
 64. I 349B *Τὴ δαί;* τῆς δικαίας πράξεως; Stob. Flor. IX 61 — (Mein. I 210, 3), δέ cet.
 65. I 349C *Τὴ δαί;* δὴ ὁ ἄδικος Stob. ib. — (Mein. ib. 10), δέ cet.
 66. I 349E *Τὴ δαί;* λατρικόν; Stob. ib. — (δαί, Mein. ib. 29), δέ cet.
 67. I 349E *Τὴ δαί;* ἀμόσον; Stob. ib. — (Mein. I 211, 2), δέ cet.
 68. V 463A *Τὴ δαί;* ὁ δῆμος Stob. Flor. XLIII 102 Trinc. — δ' ὁ Edit. (Mein. II 112, 31).
 69. III 403A *Τὴ δαί;* ὕβρει Stob. Flor. LXV 18 Trinc. — δέ Edit. (Mein. II 405, 16).
 70. V 450B *Τὴ δαί;* ἦ δ' ὅς ex Harpocratiōne sub *χρυσσοχοεῖν* (vulgo-*χοεῖν*), vide idem
 Suid. IV 1689, 8 — δέ Edit.

In hac copia Parisinum cernimus *δαί* sine litura quattuor, alios codices ex melioribus unum (nr. 13), Vindobonensem *Φ* tria (nr. 40. 54. 55) habere, contra et A manu correctrice et eos libros qui interpolati putandi sunt multo plura, Florentinos a c γ septena dena ita, ut eandem voculam semel *A Ξ Π* m Flor. n (nr. 13), semel *A Φ* m (nr. 40), duodecies *A* m (nr. 1. 5. 14. 15. 17. 20. 24. 33 (cum Flor. α). 35. 39. 42. 44), semel *A* solus (nr. 36), bis m solus (nr. 56. 57) ostendant, Florentinum x duo (nr. 54 cum *Φ*, 58), Florentinum α denique decem (nr. 33 cum *A* m, nr. 9. 28. 45. 53 cum *A*, nr. 59—63). Hac codicum condicione perspecta Stobaeum patebit illam particulam pro locorum excerptorum multitudinem saepius quam librariorum diligentes et in nostro dialogo et in aliis praestare; quo in genere conferas velim etiam Crit. 49C *Τὴ δὲ δὴ;* *κακουργεῖν* et Flor. X 27 (I 235, 10M.), Alc. I 128A *Τὴ δέ;* *ποδῶν* ib. 128B *Τὴ δέ;* ὦ *Ἀλκιβιάδῃ* et Flor. XXI 23 (I 324, 8. 16M.), Soph. 236B *Τὴ δέ;* τὸ *φανόμενον* et Flor. LX 7 (II 356, 14M.) ib. 240C *Τὴ δὲ δὴ;* τὴν *τέχνην* et Flor. XII 24 (I 255, 29M.), G o r g. 470E *Τὴ δέ;* *συγγενόμενος* et Flor. CIV 25 (IV 17, 20M.), Men. 77E *Τὴ δαί;* οἱ τῶν *κακῶν* et Flor. IV 113 (I 110, 30M.), de Just. 374B *Τὴ δέ;* *βλάπτειν* et Flor. XII 26 (I 257, 2M.) ib. C *Τὴ δέ;* τοὺς *φίλους* et Flor. XII 26 (I 257, 11M.) Eryx. 401E *Τὴ δαί;* τὰ *τουάδε;* et Flor. XCVII 33 (III 219, 15M.), in quibus omnibus Meinekius *δαί*, Hermannus in duobus tantum suorum quisque librorum auctoritate nisus edidit.

Proximum est, ut quam editores *δαί* vocabuli deligendi institerint viam rationemque doceam atque explanem. Quod ut plene perficiatur alios dialogos, maxime eos quibus satis provisum est optimo codice Bodleiano adsumere necessarium videtur.

Quoniamque Gaisfordii lectiones a Bekkero usurpatae hac in re aliquotiens parum perspicuas esse viri docti consentiunt, omnibus me gratissimum facturum spero quod imprimis eos dialogos respicio qui post Gaisfordium aut denuo excussi aut ut Bodleiani emendatrix manus a prisca et genuina clarius distingueretur conlati sunt, ut Convivium a Beni. Iowettio in usum O. Jahni, accuratius autem a Mart. Schanzio in Nov. Comm. p. 38—49, Euthydemus ab eodem a. 1873, Theaetetus a Campbellio, Gorgias a Routhio.

Atque aequum est a Bekkero incipi. Is vero a Schneidero ad Rep. libr. II 370 B V 468 A magnae incuriae incusatus est quod *δαί* ib. III 389 D 411 C V 468 A 469 BC 470 A retineret, sed qui singulas illius lectiones inquisiverit consideraveritque eum neque semper primam manum a secunda discernere neque praecipuam utriusque optimi codicis virtutem satis cognoscere potuisse is aestimatorem et iudicem huius rei iustiore se praebebit. Ut enim vir eximius in illis Reipublicae locis *δαί* haud dubie posuit tum quod se Parisini antiquam scripturam restituere putaret tum quod interdum membranis minime contemnendis, III 411 C exempli causa Veneto II qui quidem liber etiam nunc a Cobeto Mnem. IX (a. 1860) 337 et Mart. Schanzio Nov. Comm. p. 158 non parvi penditur multum adiuveretur, simillime in ea dialogorum parte, cui ex Oxoniensi potissimum libro lucem et salutem petendam esse nostra quidem aetate inter omnes constat, ille non sine causa Coisliniano *Γ* Vaticanis *ΘΔ* aliis aliquid auctoritatis tribuit atque ex eis vel segregatis vel cum aliis coniunctis *δαί* particulam ubicumque sententia non repugnavit in textum recepit. Talia sunt Crit. p. 54 A *Τί δαί*; *εἰς Θεσσαλίαν* (sec. *Γ* sol.) itemque Jon. p. 533 A *Τί δαί*; *ἐν ἀνδριανοπούῳ* ib. 540 D *Τί δαί*; *ἡ ῥαψωδική* Phaedr. p. 269 A *Τί δαί*; *τὸν μελήγηρον*, Gorg. 461 B *Τί δαί*, *ὦ Σώκρατες* (sec. *Μ² Γ B W E*) ib. 464 A *Τί δαί*; *δοκοῦσαν μὲν* (sec. *Μ² Δ Φ*) ib. 469 A *Τί δαί*; *οὔτω* (sec. *Μ² Δ*) ib. 470 E *Τί δαί*; *συγγενόμενος* (sec. *Γ* Parisienses quinque) ib. 497 E *Τί δαί*; *ἀγαθοῦς* (sec. *Μ² Δ*), Euthyph. 4 A *Τί δαί*; *πετόμενον* (sec. *Μ² Γ*), Apol. 25 A *Τί δαί οἱ βουλευταί*; (sec. *Γ Δ² Φ*), Theaet. 148 C *Τί δαί*; *εἰ σε* (sec. *Μ² Δ* Par. B.) ib. 170 E *Τί δαί ἀὐτῷ Πρωταγόρα* (sec. *Μ² Δ F* al.) ib. 195 B *Τί δαί*; *πρὸς τί τοῦτ' εἶπες*; (sec. *Μ² Δ Φ*), Phileb. 12 A *Τί δαί Φιλήβω*; (sec. *Δ Π*), Phaed. 68 E *Τί δαί, οἱ κόσμοι* (sec. *Γ* sol.) ib. 71 A *Τί δαί*; *ἄν τι κτλ.* (sec. *Γ Ξ Π Υ* tres Paris. al.) ib. 71 D *Τί δαί*; *ἦ δ' ὅς* (sec. *Γ Δ* tres Par.) ib. 73 E *Τί δαί*; *ἦ δ' ὅς* (sec. *Α Θ Γ Φ*) ib. 74 B *Τί δαί*; *ἀπὸ τὰ ἴσα* (sec. *Γ Φ*), Conv. 194 B *Τί δαί*, *ὦ Σώκρατες*; (sec. *Δ E F* deteriores) ib. 199 E idem sec. *Γ E F*, Euthyd. 272 B *Τί δαί*, *ὦ Σ.* (sec. *Γ Ξ B C E* al.) ib. 276 C *Τί δαί*, *ὦ Κλενία* (sec. *Γ Ϝ*) ib. 277 A *Τί δαί*, *ἦ δ' ὅς* (sec. *Γ Ϝ*) ib. 279 E *Τί δαί*; *πρὸς τοὺς κινδύνους* (sec. *Θ* sol.) ib. 279 E *Τί δαί*; *στρατευόμενος* (sec. *Θ Γ Ξ* al.). Nonnunquam Bekkerus certam quandam legem secutus videtur. Quod enim persaepe in bonis codicibus *τί δαί δῆ* et *τί δαί τόδε* sim. apprehendit, has formulas conservavit eis quoque locis quibus deterioribus solum confirman-

ur. Quod ut conspiciatur haec suppeditabunt: Crit. 49C testantur *Τι δαὶ δὴ*; $\mathfrak{A} \Gamma \Xi \Upsilon$ al. Stob., idem Apol. 24E cod. $\mathfrak{A}^2 \Delta \Gamma$, Men. 95B et 98B $\mathfrak{A} \Delta$, Crat. 419B *Τι δαὶ δὴ ἡθονὴ* $\mathfrak{A} \Delta$ al. ib. 407C cod. $\mathfrak{A} \Delta \Xi$ ib. 423E *Τι δαὶ δὴ τόδε* $\mathfrak{A} \Delta \Sigma \Upsilon$, Phaed. 74D *Τι δαὶ τόδ'* $\mathfrak{A} \Xi \Phi \Upsilon$, Euthyph. 14A *Τι δαὶ δὴ* $\mathfrak{A}^2 \Gamma$, quibuscum componas Theaet. 204B *Τι δαὶ δὴ* in $\Gamma \Lambda$ inventum, praecipue Gorg. 474C *Τι δαὶ δὴ αἴσχιον* secundum B E F et 474D *Τι δαὶ τόδε* sec. E F W. Contra cum sententia prorsus abhorrebat et argumentatione similique causa *τί δὲ* manifesto postulabatur, ne optimos quidem libros respiciebat. Quare factum esse puto, ut Bodleiano adversante *Τι δέ; ὦ Ἐρμόγετες* Crat. 427E, codicibus vero Γ n repugnantibus *Τι δέ; τὸ ἐνδεές* Conv. 201B, adversus cod. Γ F n ib. 206B *Τι δέ; οὐ προσθετέον* (cf. Phaedr. 227B Gorg. 447B) in lucem prodierit. Idemque discrimen inter *Τι δαὶ ἢ σελήνη*; Crat. 409A sec. $\mathfrak{A}^2 \Delta \Xi \Upsilon$, *Τι δαὶ Σωκράτει*; Crat. 383B sec. $\mathfrak{A}^2 \Delta \Xi \Sigma$, *Τι δαὶ ἢ τῶν κτλ.* Gorg. 501E sec. Φ et *Τι δὲ τὸ πῶρ καὶ τὸ ὕδαρ*; Crat. 409C (*δαὶ* $\mathfrak{A} \Delta$) Gorg. 502B (*δαὶ* $\mathfrak{A}^2 \Delta$) 502A (*δαὶ* Φ) Crat. 413D al. statuendum erit. Quibus de causis cum mihi quidem Bekkerum in *δαὶ* eligendo certam quandam rationem adhibuisse persuasum sit, a Schneidero eum immerito vituperatum esse iudico; quae enim exposui complexus ex omni copia exemplorum Bekkeriana haec tantum dubia habeo: Crat. 431D *Τι δαὶ* (sic \mathfrak{A}^2 sol. et Stephanus) *ὁ δαὶ τῶν συλλαβῶν τε . . . ἀπομιμούμενος*; atque Phaedr. 258B *Τι δαί; δταν ἰκανὸς γένηται κτέ* (sic unus Parisiensis F).

Deinde Schneiderus ed. Lips. hac in re ne Parisino quidem quicquam tribuit (cf. ad libr. VII 526B); qua re si sibimet ipsi fuisset constans, eo deductus esset ut nullum *δαὶ* relinqueretur. Nunc vero in illa editione particulam posuit libr. III 411C 413A VI 505C scripsitque ad extremum locum: »huic loco valde aptum *τί δαὶ* vulgato *τί δὲ* praetuli«, ad libr. V 468B autem haec: »*δαὶ* si a prima manu perscriptum est in Par. recipiendum puto, ut cum rei gravitate vocis intentio crevisse significetur«. Illam tamen priorem sententiam postea paene ad verum perduxit. Nam in editione Didotiana unum *δαὶ* (411C) superest.

Illius vestigiis Turicenses ed. 1. 2. ita institerunt, ut *δαὶ* propemodum absumeretur. Laetaberis igitur si id in Republica p. 411C 413A, in Legibus VII p. 810D X 895C detexeris. In tertia editione Baiterus Parisino auctore libr. III p. 411C 413A V p. 456DE VI p. 496A p. 505C *δαὶ* admisit.

Etiam Hermannus se textum ad hunc modum constituere voluisse identidem docet. Nam de Bodleiano vol. I p. XX ad Crat. 423E haec leguntur: »quo rarius Oxoniensis prima manus *δαὶ* exhibet, eo minus, ubi habet, spernendum esse videtur« similiaque ib. p. VII ad Euthyph. p. 4A vol. II p. XVII ad Phaedr. 227B vol. III p. XXII ad Men. 95B ib. p. XXVI ad Ion. 540D. Neque secus de Parisino cum alibi (vide vol. V p. XV ad Leg. VII 810D ib. p. XX ad Leg. X 895C) tum in

vol. IV p. X ad Rep. libr. IV p. 437 C hisce verbis existimavit: »*Τὶ δαὶ* Paris., cui miror Schneiderum in hoc vocabulo nihil tribuendum adfirmare; ego certe quem in tanta huius particulae ambiguitate ducem praeferam, non inuenio eumque etiam inferius passim non monito lectore secutus sum«. Sed ab illo proposito ut in gravioribus rebus cf. Vermehr. Plat. Stud. p. III. IV Schanz. Nov. Comm. p. 59, ita in hac minuta aberravit. In nostro quidem dialogo tantum abest ut vir egregius genuinae Parisini manus faverit, ut eam modo respuerit (V p. 456 D et E) modo contra Dübnerum testem gravissimum secundam manum invexerit, exempli causa libr. V p. 468 A 469 B 475 A 479 B VI p. 505 C 506 C VII 519 B VIII 551 D. Unde evenit, ut Hermanni recensio hac particulae abundantia scateat: libr. III p. 411 C (supra nr. 13) 413 A (nr. 1) IV p. 437 C (nr. 17) V p. 464 D (nr. 19) 468 A (nr. 42) B (nr. 20) 469 B (nr. 31) C (nr. 21) 470 A (nr. 22) 475 A (nr. 32) 477 E (nr. 23) 479 B (nr. 33) VI p. 496 A (nr. 5) 505 C (nr. 15) 506 C (nr. 35) VII p. 519 B (nr. 37) 523 E (nr. 38) 526 B (nr. 25) 527 C (nr. 26) VIII p. 551 D (nr. 43) 558 A (nr. 40) 559 A (nr. 4). Haec res eo magis miranda est quo rarius in illa particula a viro docto alibi peccatum est, nam tantum Tim. p. 18 A ubi ille Parisino plurimisque libris obloquentibus *Τὶ δὲ τροφήν*, atque ib. 18 C ubi cum Par. manu secunda *Τὶ δαὶ δὴ τὸ περὶ τῆς παιδοποιίας*; praetulit a me investigari poterant.

Iam vero ad Stallbaumium me convertam. Is particulam *δαὶ* notione a semet ipso effecta neque certis terminis constituta a quovis libro manu scripto tamquam mutuatur, ut rem universam ad suum ipsius iudicium arbitriumque cogat. Si tamen codicum testimonia adfert, fraudi cuidam mihi videtur speciem iuris imponere. Melius enim doctiusque verba »Vulgata *δέ*, quod mutavi e Clarkiano correcto et Vindobonensi 1« similia ad aures accidunt quam quod probum erat verumque *δαὶ* particulam loci natura flagitari. Quae ratio cum ex Reipublicae editionibus prorsus perspicere queat, multa aliunde eruere supersedebo. Omitto Phileb. p. 12 A Gorg. p. 461 D Phaed. p. 74 D Apol. 24 E Conv. 194 B Phaedr. 227 B, praetereo Rep. libr. II p. 370 B (nr. 28) 374 A (nr. 44) 379 B (nr. 45) libr. III p. 411 C (nr. 13) 413 A (nr. 1) libr. IV p. 437 C (nr. 17) libr. V p. 475 A (nr. 32) libr. VI p. 505 C (nr. 5) libr. VII p. 519 B (nr. 37) 526 B (nr. 25) 527 C (nr. 26), in quibus quidem locis Parisini auctoritate aut maiore aut minore usus est, commemorem libr. I p. 343 A (nr. 59) et libr. VI p. 505 D (nr. 57), ubi *δαὶ* ex Florentinis adscitum est. Neque infitiandum est prius *δαὶ* eius qui loquitur affectui conveniens putari posse; nam quod Thrasy-machus explorare studet num Socrati nutrix fuerit, improvisum atque inopinatum incidit, propterea quod a re proposita tantum declinat ut philosophus ipse iram aegre retineat respondeatque *οὐκ ἀποκρίεσθαι χρῆν μᾶλλον ἢ τοιαῦτα ἐρωτᾶν*; At cum *δέ* optimis libris confirmetur inde interpretatio exordienda erat. *Τὶ δὲ* igitur interiecto Socrates ad rem

ipsam de qua agitur quaeque a Thrasy-macho quasi deserta est redire cupit cf. Xen. Cyr. IV 2, 13. Quae quidem explicatio eo aptior videtur quam Stallbaumii, quod Socrates illis verbis utpote quae per se nihil protervi mordacisve contineant re vera non iratus fit, sed hoc eis quae insequuntur tribuendum est (*Ὅτι τοί σε κορυζῶντα περιορῶ καὶ οὐκ ἀπομύττει δειόμενον, ὅς γε αὐτῇ οὐδὲ πρόβατα οὐδὲ ποιμένα γινώσκεις*). Itaque Stallbaumii translatio Quid tandem? non tam in *τί δέ* quam in sequentia *τί μάλιστα* cadit; recteque Schneiderus ad h. l. animadvertit: »*δαί*; Stallbaumius, quia cum affectu interrogatur. Qua ratione summum hoc efficitur potuisse Platonem *δαί* ponere«. Posteriore loco *τί δαί* ne tolerari quidem posse puto. Socrates enim postquam voluptatem summum bonum esse negavit difficultatesque hoc definiendi expedivit, *Θόκοῦν* inquit p. 505 C *ὅτι μὲν μεγάλα καὶ πολλὰ ἀμφισβητήσεις περὶ αὐτοῦ (sc. τοῦ ἀγαθοῦ), φανερόν; — Πῶς γὰρ οὐ; — τί δέ; τόδε οὐ φανερόν, ὡς δίκαια μὲν καὶ καλὰ πολλοὶ ἄν ἔλουντο τὰ δοκοῦντα, . . . , ἀγαθὰ δὲ οὐδεὶς ἔτι ἀρκεῖ τὰ δοκοῦντα κτῆσθαι κτέ.* Philosophus igitur cum quid summi boni cognitioni officiat subtiliter disserat complures adfert causas easque per *μὲν-δὲ* adnectit. Ex quibus quia altera et gravior et explicatu dignior est, particulae *μὲν* respondet non simplex *δέ*, sed illud *τί δέ*, ut ea quae sequuntur et maiora indicentur et liberio-rem in modum explanari queant. Stallbaumius autem sentire videtur Socratem ubicumque voluptatis nomen occurrat valde commotum esse atque graviore voce uti oportere; neque enim in eis quae antecedunt *τί δέ; οἱ τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν κτλ.* *δὲ* passus est, sed *δαί* praetulit, quippe quia »plenior forma in hac sententiarum ratione aptior« sit. Ex his quae pluribus verbis disserui omnes fere causae Stallbaumii repeti possunt, ut ab eo abscederem, nisi ille sermonis Platonici interpres inter omnes excellens nonnunquam istam particulam si minus accurate at fusius tamen et paulo rectius circumscribere conatus esset. Quae cum comprehendere velim quidquid de illa particula dicta sunt non praetermittenda esse censeo. Adnotat igitur vir doctus ad Crat. (a. 1835 ed.) p. 413 D haec: »*Δαί* gravius est quam *δὲ* usurpaturque fere ubi cum maiore quadam vi ad aliud transitur, sive indignatio interrogantis sive ira sive alia quaequam animi motio significanda est«, paulo post ad Crit. p. 49 C: »*τί δὲ δὴ*; ponitur, ubi quis alteri ita adversari pergīt, ut sententiam suam e superioribus demonstret et confirmet, *τί δαί δὴ* paulo est gravius quam ut hic ferri possit«, denique ad Phaedr. (a. 1857) p. 227 B: »Utrumque (*τί δαί* et *τί δὲ*) vi et potestate sua differt. Plenior enim forma atque sonantior usurpatur, quando cum affectu quodam animi, admirationis, doloris, indignationis, gaudii interrogatur«. Vides quam late *δαί* pateat! In aliis dialogis nihil dicitur nisi *τί δαί* mirandi vel indignandi significationem continere aut aptius esse, velut Gorg. p. 447 B 464 A Crat. p. 423 E Euthyph. p. 4 A Apol. 25 A Conv. 194 B Phileb. (a. 1820 Lipsiae ed.) p. 6 Rep. libr. VI p. 505 C. Praeterea forsitan adeas Fischerum (Dialog. quattuor) ad Crit. p. 49 C at-

que Buttman. Plat. dial. IV (a. 1835) ad Men. p. 71B 82C ad Crit. p. 49C ad Alc. I p. 114E et in indice sub *δαί*.

Reliquum est ut Hirschigii modum *δαί* ponendi breviter statuam. Atque hoc in genere illum qui alioqui in codicum mendis nimis haeret mirari licet quod omnia fere *δαί* in quolibet libro exhibita conservavit. De quo numero primum ea exemit in quibus *δαί* et *δὴ* copulata sunt. Neque perperam fecit, nam cum *δὴ* particula subsequente argumentatio ratione viaque procedens indicetur dubito an alii animi conditioni nihil spatii concedi queat. Hirschigius igitur vel optimis codicibus neglectis non male, opinor, *τί δὲ* substituit Crit. p. 49C Euthyph. 14A Apol. 24E Crat. 407C 419B (*δαί Γ Δ Υ* multi) 423E Men. 95D Gorg. 474C 502B Theaet. 204B al. Deinde librorum scripturam repudiavisse et *τί δὲ* praetulisse putandus est, quando verba quae adiunguntur haud ambigue prioribus opponuntur. Ad hanc normam Crat. 383B *Τί δὲ Σωκράτει*; Theaet. 170E *Τί δ' ἀπὸ Πρωταγόρα* itemque Conv. 199E 201B 206A Euthyd. 277A 279E Gorg. 464A 474D 501E 502A Phaed. 68E 74B Crat. 409AC directa sunt, in quibus locis *δαί* honorum codicum auctoritate commendatur (vide supra Bekk.). Ea ipsa causa ad *δὲ* ponendum Hirschigium adductum esse circuitione quadam veri similis fit; nam si contuleris Phileb. p.12A *Τί δαί Φιλήβω*; et Phaed. p.71D 73E *Τί δαί*; *ἢ δ' ὅς* (sec. Γ Δ C H I) atque Men. 98B Phaed. 74D *Τί δαί τόδ'*; haec nihil differre reperies cum ab aliis tum ab eis, quae paulo supra typhetae opera conspicua reddidi nisi quod sententiam quandam priori contrariam contineant. His igitur duabus exceptionibus datis ille *δαί* ex deterioribus aequae adsumpsit atque ex melioribus libris. Documento tibi sint Phaedr. p. 264B sec. Γ Ξ B C Crat. 413D sec. Α Γ Ξ Ζ al. Apol. 25A, Gorg. p. 461D 469A 470E 490E Theaet. p. 148C 195B Euthyd. p. 279E Crat. p. 431D *Τί δαί*; *ὁ... ἀπομιμούμενος* sec. Α² sol., Phaed. p. 59C sec. Γ 71A sec. Γ Ξ Phaedr. p. 227B 269A, imprimis vero Crat. p. 427A Gorg. p. 461B 462C sec. Α² Conv. p. 194B Euthyd. p. 272B 276C sec. Γ ϛ (optimi *δὲ*) atque quae ex pravis libris arrepta sunt Phaedr. p. 258B *Τί δαί*; *ὅταν ἰκανὸς γ.* sec. Par. F Gorg. p. 470E *Τί δαί*; *ἐν τούτῳ* sec. Par. I Euthyd. p. 280C *Τί δαί*; *οἱ δημιουργοὶ* sec. Urbinatem f.

Ex his quae de codicibus Platonicis rationibusque editorum disseruimus illud primum facile evincitur Platoni *δαί* particulam attribuendam esse, deinde Maximum Planudem*) et qui eum ex nuperis secuti sunt, ut Kühner. Gramm. ed. 2 § 501, 5 errare si interrogandi signum in prosariorum scriptis post *δαί* conlocandum esse putant, tum *δαί* in Platonis dialogis nulli pronominis interrogativi formae nisi neutrius nomi-

*) Istius verba in Bachmanni Anecd. Graec. II p. 81, 12—15 haec sunt: *τούτῳ* (sc. *τῷ τί δαί*) *δὲ καὶ οἱ περὶ γράφοντες ἔστιν ἐν οἷς χρῶνται, ὅταν εἰπόντες τὸ τί δαί ἐδθέως στίξωσιν· στίγμῃς γὰρ μὴ πιπτούσης ἐδθέως, οὐ δεῖ γράφασθαι διὰ διφθόγγου.* cf. supra p. 35 et 37 fin.

nativo adiunctum inveniri, in ratione denique particulae recipiendae editores in sententias valde contrarias distrahi. In tanta difficultate cum grammaticorum graecorum testimonia minima aut nulla auctoritate esse demonstraverim, ego certe praestantissimis et antiquissimis codicibus nos ita obsequi iuberi censeo, ut unumquodque *δαί* in illis deprehensum conservemus quod certissimis argumentis ex oratione continuata desumptis redargui non possit. Quibus de causis ex eis quae in de Rep. libris exstant tueri non dubito quae supra sub I enumeravi neque *Τί δαί*; *ἐπειδὴν κτέ* libr. III p. 411 C (nr. 13) repudiare audeo; contra illud *δαί* in *Τί δαί*; *στρατευόμενος* Euthyd. 279 E etsi codicibus *ΘΙΞ* BC commendatur tamen quamvis Bekkerus Hirschigius obloquantur particulae δὲ gratificandum iudico. Ceterum vehementer opto, ut Schanzius editor nuperrimus ac diligentissimus ut in Euthydemo item in ceteris dialogis ex codicum multitudine optimos discernat; tum demum quae genuina *δαί* in deliberationem cadant et quae pro cuiusque loci natura retinenda sint conspici atque diiudicari potest. In nostro quidem dialogo Vindobonensem *Φ* Parisienses DK, nedum deteriores, nihil fere valere puto, multum vero Vaticanum *θ* et Venetum *Π* et fortasse *Ξ*. Hanc opinionem alio loco demonstrare conabor, si Cobetus promisso suo (cf. Var. Lect.² p. 535) satis fecerit eaque quae in Parisino invenit nova cum viris doctis communicaverit. — Extremum est, ut ad rem nostram plene perficiendam pauca de Xenophonte dicam. Cuius libris cum acciderit ut ex mendosis interpolatisque membranis quasi redintegrandi essent, non mirandum quod nunc uno tantum loco quantum equidem observavi *δαί* ab editoribus agnoscitur, Cyr. V 1, 8 *Καὶ ὁ Κῦρος ἔφη, Ναὶ μὰ Δία, πολὺ γε ἤττον, εἰ τοιαύτη ἐστίν, οἷαν σὺ λέγεις. Τί δαί; ἔφη ὁ νεανίαςκος. Ὅτι, ἔφη, εἰ γυνὴ σου ἀκούσῃς, ὅτι καλὴ ἐστίν, πεισθήσομαι ἔλθεῖν θεασόμενος.* Miratur Araspes quid Cyrus pronuntiaverit multo minus velle se videre Pantheam, si talis esset qualem ille praedicasset. Ante Dindorfium *δαί* perpauca aliis locis fuerat, ut Cyr. IV 2, 13 ab G. Hermanno ad Vig. p. 847 etiam explicatum, Oec. VII 7, 16, 17, illic *δέ*, hic *δή* nunc legitur. Quae cum ita sint suspicandum est in Xenophonte scriptis aut *δέ* aut *δή* in particulae *δαί* locum aliquotiens supposita esse; per se enim veri simillimum est illum saepius verbum Atticum usurpavisse. Ac si Stobaeo fidem habere possemus, *δαί* his quattuor locis Memorabilium a Xenophonte scriptum esset libr. II 2, 9 *Τί δ'*; *οἷτι, ἔφη* ib. 12 *Τί δέ*; *συνοδοπέδρον* (in Stob. Flor. LXXIX 54=III 101, 17, 102, 11 M.) libr. III 1, 10 *Τί δὲ τοῦς κινδυνεύειν μ.* (Stob. Flor. LIV 27=II 320, 7 M.), libr. IV 2, 33 *Τί δέ*; *τὸν Δαίδαλον*, ubi Breitenbach. *Τί δαί*; edidit (Stob. Flor. XXXI 21=I 322, 10 M.), libr. IV 6, 10 *Τί δὲ οἱ καὶ τὰ μὴ δευὰ δεδοικότες* (Stob. Flor. VII 73=I 177, 21 M.) Nunc vero quod despero ista vera esse in adferendo acquiesco.

Hoc de particula *δαί* perquisitum atque investigatum habeo.

